

# Jahresbericht

über das

vereinigte alt- und neustädtische

**Gymnasium zu Brandenburg**

von Michaelis 1840 — Michaelis 1841,

womit zu der

öffentlichen

## Prüfung und Redeübung

aller Klassen

Freitag, den 24. September,

Vormittags von 8 $\frac{1}{2}$  Uhr und Nachmittags von 2 Uhr an,

im Namen der Lehrer

ehrerbietig einladet

**F. W. Braut,**

Königl. Professor und Director, Ritter des R. N. O. 4. Cl.



Vorangeht eine Abhandlung

„**Disputatio Homerica**“

vom Schul-Amts-Candidaten Ludwig Färber.

Brandenburg 1841.

Gedruckt bei J. J. Wiefite.

Br. X  
251

9br  
4

1811:00002

UNIVERSITÄT  
DUSSELDORF



UNIVERSITÄT DUSSELDORF

UNIVERSITÄT DUSSELDORF

UNIVERSITÄT DUSSELDORF

UNIVERSITÄT DUSSELDORF

UNIVERSITÄT DUSSELDORF

UNIVERSITÄT DUSSELDORF

UNIVERSITÄT DUSSELDORF

In literis nonnunquam fit, ut virorum doctorum disputationes rebus non desideratum illud lumen, quo illae plane et aperte expediantur, adhibeant, sed majorem quandam obscuritatem, quam qua antea jacebant, interdum afferant. Quod cum verum esse res satis superque doceat, alienum non est ejus rei causam paucis attingere. Fieri scilicet hoc solet, ubi testimonia, quae sententiis et opinionibus afferantur, in eorum penuria atque ambiguitate, facile in utramque partem trahi se patiuntur, vel ubi res ita comparata est, ut pro ejus copia et varietate, qua excellit, ex unius aetatis quamvis eruditissimos maximique ingenii homines ferentis cognitione tota efflorescere non possit. In partitione, quae inde pro infirmitate humana efficitur necessario, singuli se sibi invicem studiorum consiliorumque socios esse non perspicientes impensius adversando rei integritatem imminuunt et testimonia veterum, quae in totum referenda erant, in singulas partes detorquendo rerum simplicitatem ita saepe confundunt, ut earum veram conditionem vix intelligere possis. Disputationes illas Homericas, quarum princeps et inventor nobilissimus et omnibus laudibus merito cumulatus F. A. Wolfius habendus est, hoc vitio laborare, jam diu viri doctissimi sensisse videntur. Temperamentum enim et rei moderationem admovere inceperunt accuratam ipsius Homeri interpretationem, ut ratione quodammodo immutata haec jam non ex obscuriore locorum reconditorum disparatorumque scientia promatur, sed ex recte adhibita interpretatione investigationeque ipsius Homeri caute non solum quid testes afferant, quid non, exploretur, sed etiam in occultissimas illas res, in quibus quaestiones Homericæ versari et solent et debent, aliquid lucis redundet. Quae studiorum Homericorum ratio, cum clarissimos viros Godofredum Hermannum, Carolum Lachmannum et praeter alios novissimum qui totum Homerum complexus est Geppertium habeat in quorum auctoritate nitatur, et id habeat utilitatis, ut mediocres etiam vires aliquid ad rem adjuvandam conferre possint, eam viam ingrediendam mihi esse putavi, ut horum virorum judicium sequar, ubi ipsi Homerum secuti esse videantur, ubi vero illos alio cursum dirigere appareat, extra Homerum duceam neminem. Jam de Geppertii sen-



tentia, quoniam totum comprehendit Homerum, disputatio, quod hujus loci cancelli in parte tantum de re agere permittunt, hic omittenda et in alium locum rejicienda est. Eam vero sententiam quam Godofredus Hermannus in dissertatione quam scripsit de interpolationibus Homeri (Opusc. Tom. V. p. 52 — 77.) defendendam sibi proposuit, omnibus accurate consideratis non ex Homero expromtam, sed vi quadam ipsi illatam esse dicas. Infirmatur enim non solum multis aliis, sed iis ipsis Homeri locis, quos vir excellentissimus ad eam comprobandam attulisse videtur. Ex majoribus enim interpolationibus, quas a fine Iliad. libri XI. usque ad mortem Patrocli factas esse ostendit, singulas carminum partes ita discerptas, trajectas, dilaniatas esse conjecit, ut si vera essent, quae proposuit, aut omnino desperandum esset, primariam carminum connexionem unquam cognitum iri aut omnia in conjecturis ponenda esse confitendum nobis esset. Sed jam singula perlustremus. Rectissime moram injecit viro doctissimo Machaon vulneratus (Lib. XI, v. 505. sq.) cujus vulnera postea v. 649. et XIV. vv. 6 — 7., quod posterius Hermannum fugisse videtur, commemorantur, sed XVI, 25 — 27. ubi ille prae ceteris commemorandus erat, quod causa mittendi ab Achille Patrocli erat, inter vulneratos non numeratur. Gravius vero etiam hoc offendit, quod ab Hermanno silentio praetermissum jam veteres poëtae interpretes torsit, quod vinum illud rubrum, quod Hecamede Nestoris famula melle, cepis, caseo, farina commiscuisse narratur, ad vulnus inflammandum magis noxium quam ad sanandum salutaris esse debuit. (cf. Plut. Quaest. Symp. IV. Plato de rep. III. 405. Schol. Ven. ad Il. λ. 622. Eustath. p. 872. 32. sqq. Ath. VI. 493. a. etc.) Deinde cum vulneratus nihil prius habere deberet, quam vulnus a sudore et sanguine abluendum, primum ad immoderatum fere potum (cf. Il. XIV. v. 1.) se contulit et tum demum Hecamede aquam calefacere ad vulnus lavandum jubetur (cf. ibid. v. 6 — 7.) Alia nec illa quidem leviora vitia in misso, redeunte et nuntium referente Patroclo reprehendenda esse, luculente ostendit vir egregius l. l. p. 60 — 61. Quae vulnera cum sanari non possint nisi compages, quibus duo carmina in unum conflata esse videamus, scite solvantur, Hermannus, quoniam iis consentiendum esse judicaverit, qui Machaonem vulneratum non esse contendunt, hanc proposuit duorum in unum concretorum carminum rationem. Primum a libr. XI. initio ad versum 497. pergit, qui versus postremus, quoniam cum versu 521., quocum continuo jungendus est, ut a versu 521. usque ad v. 596. carmen primum ad finem deducatur, non apte cohaereat, ita ab Hermanno mutatus est ut apud eum *δαΐζων ἵππους τε καὶ ἀνέρας ἀσπιδιώτας* legamus. Tum illud carmen initium capit a versu 498. et ita quidem, ut versum 501. excisis vv. 502 — 507. versus 505. sequatur sed ita mutatum, ut pro verbo *πάντων ἀμφὶ* legatur. Sequuntur vv. 508. usque ad 520. qui excipitur a vv. 618 — 643. Quo loco Patroclum sua sponte non Achillis jussu sciscitatum venisse. In iis, quae Nestor respondeat, nunc restitui posse v. 662. de saucio



Eurypylo alias damnatum, non, ut minus accurate dicit Hermannus, quod nondum vulneratus esset Eurypylos, sed quod Nestor, qui ante Eurypylum pugnam reliquisset, cum vulneratum esse scribere nondum poterat. Pro v. 664. qui in Machaonem non vulneratum non cadat ponendum esse tale quod quale v. 509.

*μήπως μιν πολέμοιο μετακλιθέντος ἔλοιεν  
Τρῶες ὑπέρθυμοι δεδημημένον.*

Tum cohaerere omnia usque ad finem libri, quem secutum esse I. XV. 390 — 404. et paucis interpositis XVI, 1. seqq.

Quam quaesite et artificiose haec excogitata sint, nemo non videt. Viro doctissimo vitio hoc duci vix potest. Neque enim credendum est, cum haec eo animo proposuisse, ut assensum opinioni compararet. Morbum sibi videre visum insanabile dixeris ea remedia vati eum admovisse, quae et praesentissima et efficacissima videbantur, ne omnino de salute desperandum esset. Remedii vero angustiam non medico probatissimo sed improbae atque iniquae morbi naturae tribuendam esse. Verumenimvero, quemadmodum in aegris corporibus sanandis, nisi morbi vis et natura quousque se extendant penitus perspiciatur, medicina recte adhiberi non potest, sic vitia etiam, quibus literae laborant, non sublevantur, nisi omne spatium quod occupatum tenent animo emetiaris. Quod si Hermannus fecisset, efficaciora profecto et simpliciora adhibuisset remedia. Quod ut quomodo fieri posse credamus ostendi possit, ad alia etiam perturbationis exempla, quae Hermannus in medio posuit, transeundum est. Affert vir nobilissimus libri XIV. initium, ubi ea quidem difficultas, quae Hermannus adesse videtur, aut nulla aut levissima est: „Refert Nestor“ inquit, „prostratum esse murum etc. At id si stans ante tentorium suum suis oculis videt Nestor, videt etiam Agamemno, quique alii duces eum comitantur, ut nec quaestione opus sit nec responsione.“ Admirandum est, quod Hermannus fugit, Agamemnonem non, quo in loco res sit, Nestorem interrogare, sed hoc solum, qua re commotus Nestor pugnam reliquerit. Nestor sane refert tales res, quas Agamemno aequae atque ipse scire ac videre poterat, sed non refert eo animo, ut de rebus Agamemnonem certiore faciat, sed in propria lege mentis humanae hoc positum est, ut animo vehementissime sive dolore sive ira sive quacunque vi velis commoto affectuum causae enarrari soleant, non quod quidquam novum referatur, sed ad commoti animi onus enarrando quoddammodo sublevandum.

Poëta igitur non reprehendendus est, quod repugnantia inter se inepte conjunxit, sed potius laudandus, quod vestigia animi humani scitissime persecutus est. Sed adsunt aliae difficultates eaeque ad rem dijudicandam gravissimae, quas miror ab Hermannus praetermissas esse. Primum jam supra commemoratum est vv. 5 — 8. sententiae de Machaone non vulnerato prorsus repug-

nare, quae quidem difficultas ne sublatis his versibus quidem tollitur, quod tum non intelligitur, quare Machaon in tentorio remanere a Nestore jubeatur. Tum praeter obscurum illum locum de navibus ad litus positus v. 30. sqq. etiam id maxime offendit, quod Nestoris responsio quaestionis Agamemnonis et animi ejus ob Nestorem ex pugna reversum indignati nullam habet rationem. Transit jam vir excellentissimus ad ea, quae in libris XIII. XIV. XV. enarrantur et quae Jovis tanta stultitia fuerit, interrogat, ut tum, cum Graeci in summum discrimen coniecti fuerint, non credat, qui iis favent deos vel maxime auxilio venturos esse et in Ida Thraciam prospectans libri XIII. initio sedeat. Potuisse illud credere Jovem, si modo absterruisset ab isto consilio deos. Cum vero fecisset initio libr. VIII., nisi cum magna stultitia oculos et animum ab acerrima pugna avertere eum non potuisse. Jam difficile est intellectu, quomodo Jovis consilium in stultitiam eo abeat, quod non eodem die sed crastino deos ne rebus se immisceant hortatus sit. Qui tandem fit, ut unius diei intervallo, plus enim temporis inter ea, quae ab initio libri VIII. ad libri XIII. initium enarrantur, praetermissum non est, prudens dei consilium in stultissimum mutetur? At obliti sunt, inquit, sive legitur sive recitatur Ilias, legentes et audientes Jovis in deos comminationis. Respondeo, si attente legerint vel audierint, non obliviscentur. Id vero quod Hermannus dixit, deos Jovis comminationem nihil curasse sed satis securos proelio se immiscuisse, omnino verum non est. Versus 350 — 489. gravi spuriae originis suspitione premi sentiet, qui eos comparaverit cum lib. V. vv. 710. sqq. et lib. XV. vv. 158. sqq. Quae his duobus locis ita enarrantur, ut cum antecedentibus et sequentibus aptissime cohaereant, in illis libri octavi versibus ita in unum conjunguntur, ut utrumque si demas, nullum desiderium atque adeo ne vestigium quidem sui relinquunt. Etiam hoc monendum est a libro VII. 313. usque ad libr. XI. initium tam multa obscura et difficilia esse, ut dum omnia accuratissime pervestigata erunt, de hac carminis parte cautissime agendum sit. Quod vero libro X. Minerva Ulixem a nocturna expeditione salvum reducit, neminem offendere potest. Nocturno enim tempore Jupiter eadem qua alii dii hominesque quiete sopitus jacebat et quemadmodum Neptunum, cum summus deus Junonis dolo in ejus amplexibus effusus sopitusque jaceat, securum Graecis opitulari legimus, sic ne Minervae quidem in nocturna illa expeditione auxilium quidquam offensionis habet. Denique ne hoc quidem omittendum est, perspectam nos nondum habere legem et rationem, qua numina divina apud Homerum agant reganturque, quod usque dum factum erit, praematurum certe judicium est de consiliis et facinoribus deorum, quae nisi e conspectu totius judicantur recte existimari non possunt.

Jam vero in iis quae in sequentibus disputavit vir praestantissimus ita se irretivit, ut vix quae ejus sententia sit dici possit. Quam si recte intel-



Ieximus, haec fere est. Incipit liber XIII. a Jovis jussu et comminatione, quam nunc initio libri VIII. habemus (quamquam si omnia bene consideraveris, haec trajectione rem confundi magis quam expediri facile consenties. Cum enim haec trajectione admissa Jovis consilium in medium certamen et in pugnam tumultumque flagrantem incideret, eo animo Jupiter egisse censendus esset, ut cum munimentis Graecorum a Trojanis superatis et ipsis Graecis in fugam versis rem jam in eo esse, ut consilium consequeretur, vidisset, hoc unum timeret, ne dii rebus se immiscendo omnia irrita redderent. Quo timore commotum in summo rei discrimine deos ne hoc facerent vehementissime admonuisse. Quae cum ita essent, nonne minoris fuisset stultitiae, si Jupiter, id quod ne fieret diligentissime cavebat, animo et oculis a rebus sine ulla idonea causa avertendis ut fieri posset, ipse effecisset. Quin etiam non solum Jupiter stulte fecisset, sed omnes omnino dii insania capti essent; cum enim antea legitime Graecis opitulari liceret, bis jam eos in summum periculum discrimenque adduci passi sunt, nam et libro VIII. nox sola interveniens impedivit, quominus fieret, quod factum esse fine libri XII. legimus, postea vero summa vi et omni artificio facere nituntur, quod ne facerent gravissime a summo deo admoniti erant. Sed mittamus hoc, quod aliter judicandum esse atque Hermannus judicavit nemo non sentiet.) Incipit igitur libr. XIII. a Jovis jussu et comminatione. Quo facto Jupiter oculos et animos a pugna Trojanorum et Graecorum avertit. Quod enim modo absterruit, cum prudentia fecisse putandus est, quod nisi magna cum stultitia fieri non potuit, si crastino die jam deos admonuisset. Simulac Neptunus Jovem aversum vidit, Graecis auxilio venit, quod ut fidentius iis ferre posset Juno, Jovem in amplexus suos trahit, ita ut cum XIII. 38. continuo conjungenda sint XIV, 153 — 401. Causam vero, cur illa nunc discerpta habeamus, obscuram non esse. Exstitit enim carmen, quod nunc lib. XIII. v. 345 — 673. continetur, in quo enarratum erat, quomodo Neptunus Jove vigilante Graecis suppetias tulisset. Quod carmen Iiadi intexendum erat. Id vero non potuit inseri, ubi dormire Jovem scimus. Partes igitur ita inter se conjungendae erant, ut hoc carmen ante Jovem sopitum insereretur. Quoniam vero Neptuni adventus huic inserto carmini praecedere deberet, locus ille, quo Neptuni adventus narrabatur, a primario suo loco avellendus erat. Videre enim sibi visus est Hermannus ex versu XIII. 349. *ἤθελε λαὸν ἰλέσθαι Ἀχαιῶν Ἰλιόθι* πρό totam illam pugnam, quae versibus XIII. v. 345 — 673. continetur, non pertinere ad ἐπὶ νηυσὶ μάχην sed ad eas quae vocantur ἐν πεδίῳ. Cum vero Hermannus invito naves duobus locis vv. 620. et 668. commemorarentur, tanta cum audacia, quanta ne Hermannus quidem concedere fas est, altero loco νέας in μάχην altero νηυσὶν ἰν λάῳ mutavit. Verumenimvero haec emendationes parum prosperae sunt. Altero enim loco nunc habemus

*Διείπετέ θῆν οὕτω γε μάχην Δαναῶν ταχυπέλων.*



At λείπει μάχην non est vox homerica. Homerus enim λείπει πόλεμον dixit cf. Il. 6, 254. X, v. 43. XIII, 250. nec etiam ἔλθειν vel φεύγειν et similia cum μάχην conjungit cf. Il. V, 377. 409. 164. 6, 480. 501. XI, 612. 811. XII, 249. XVI, 723. XVII, 189. XVIII, 307. XIX, 72. 224. etc. sed semper cum πολέμῳ. Praeter verbum νοστέειν V, 157. et ἀποδίσσθαι V, 763. et χάλσασθαι pluribus locis verba movendi cum μάχῃ Homerus non conjunxisse videtur. Sed etiamsi ex ratione Hermanniana verum ita exprimas, ut

Λείψετε θῆν οὕτω πόλεμον Δαναῶν ταχυπύλων

legatur, significatio vocis λείπειν hanc commutationem non admittit: λείπειν nunquam eam habet vim, ut sit relinquere et relinquendo una rem tollere, sed tantum rem, quae in medio posita remanet, relinquere. Hoc vero loco si Trojani omnes, ut Menelaus comminatur, pugnam reliquerint, jam omnino nulla est pugna, quam relinquunt, sed pugnam tollunt abeundo, quod poeta voce λείπειν exprimere non potuit. Jam pergit Hermannus, his emendationibus admissis et hoc carmine exempto XIII, 344. cum v. 674. recte cohaerere (quod ita se non habere, postea facile pervincemus.) A versu 674, igitur poetam pergere. Quam longe hoc factum sit, Hermannus quaerere volebat. Id tantum sibi constare dicit XIV, 1 — 8. et XV, 390 — 405. in eo carmine, quae a XIII, 674. sequitur non fuisse, sed carminis necessariam partem fuisse, quae a libri XV. v. 1. etc. enarrantur. Quomodo vero carmini finis impositus fuerit, in ambiguo se relinquere velle, longioris enim hoc esse atque enucleatoris disputationis etc.

Ut jam concedamus, quod quidem nullo modo concedi potest lib. XIII. vv. 345 — 357. nec Jovi nec Neptuno convenire, ut concedamus etiam vocem illam Ἰλιόθι πρό pertinere non posse ad pugnam ad ipsas naves pugnatam, quis quaeso non praetulerit, illos duodecim versus ut interpolatos e medio tolli quam audaces et omni sanae rationi repugnantes commutationes μάχην pro νέας et λάω pro νηυσίν admittere, praesertim cum iis sublatis nec locum praecedentem nec sequentem ullo incommodo afficias. Mittamus etiam hoc, quod Hermannus non nisi opinione sua perductus dicere potuit XIII, 344. bene cohaerere cum XIII, 674. versibus 345 — 637. e medio sublatis, cum omnino non cohaereant. Quomodo enim apte conjungi possunt

Ἐκτωρ δ' οὐκ ἐπέπυστο Διὶ φίλος οὐδέ τι ἦδη

ἔτι ῥα οἱ νηῶν ἐπ' ἀριστερά δηϊόωντο

cum versibus 330 — 345. ubi non modo nihil de clade, quam Trojani ab Idomeneo acceperint, sed ex vehementissimo impetu, quem Trojani vv. 330 — 333. in Idomeneum facere narrantur, non immerito Trojanos etiam hac parte victuros esse exspectaveris. Etiam hoc mittamus, cur ille, qui causa nescio qua commotus carmen, in quo Neptunus suppetias fert Graecis et vigilat Jupiter

inserere voluit, hoc carmen non inseruerit eo loco, ubi Neptunus advenisse et Graecos in pugnam incitasse narratur, aut igitur post versum 125. aut post 135. et quidni etiam vv. 135 — 345. post carmen illud insertos legamus. Haec omnia mittamus, non quod leviora ea esse putemus, sed quod alia sunt multo graviora, non solum ad sententiam Hermannianam refutandam sed ad simpliciore[m] etiam probabilioremque introducendam aptissima.

Jam primum omnium videndum est, quam male cum vv. XIV, 401. conjungi possint XIII, 39. sq., quae ex ratione Hermanniana illos sequi debent. Nonne enim, postquam Neptunus jam non alieno habitu sonoque tectus sed verus jam divino incessu deus omnibus apparens omnes Argivos summa cum vi ad virtutem et fortitudinem incitavit et illi τοῦ μάλα μὲν κλέον ἠδ' ἐπίθοντο et deo ipso duce pugnam obiisse dicti sunt, poeta quam maxime inter se repugnantia conjunxisset, si hanc narrationem seculi essent versus XIII, 83. sq.

οἱ παρὰ νηυσὶ θεῶσιν ἀνέφυχον φίλον ἦτορ  
τῶν ῥ' ἅμα τ' ἀργαλέω καμάτῳ φίλα γυνῆα λέλυντο  
καί σφιν ἄχος κατὰ θυμὸν ἐγγίγνετο δερκομένοισιν  
Τρῶας, τοὶ μέγα τεῖχος ὑπεριπέθρησαν ὀμίλῳ.

Nonne quisque facile concedit post versus illos XIV, 361 — 401. jam nec adhortationi dei illi ad Ajacem utrumque XIII, 47. sq. nec ad Argivos XIII, 95. sq. ullum locum, quod illos versus a XIV, 401. nihil aliud sequi potest, nisi pugnae descriptio. Cum Hermannus hanc rem silentio praeterierit, nobis causam quodammodo ejus agentibus ejus loco respondere licet, quod unum responderi potest, versus scilicet XIII, 40 — 125. vel 135. aut omnino aut hoc loco subdititios esse, sed ne tum quidem rei satisfactum est. Quo enim versus XIV, 8 — 152. colloces, si rationem Hermannianam sequeris, non habes. Post XIV, 401. collocari non possunt, quod XIV, 379. sq. Agamemnon, Ulysses, Diomedes pugnae jam interesse dicuntur, neque libri XIII. initio iis locus est, ibi enim Neptunus nondum adest, qui principum colloquio XIV, 135. sq. se immiscere narratur. Sed ex iis quae Hermannus Opusc. I. l. p. 63. dicit, non ex tentorio sed ex proelio venire Nestorem, cum obviam fit Agamemnoni, conjicias virum egregium hoc colloquium libr. XII. initio posuisse, quod tamen propterea fieri non potest, quod tum Nestor queri non potuit, muros esse prostratos, prostrati enim tum nondum erant. Num quam et qualem medelam huic difficultati adhibuerit Hermannus, quoniam ipse non dixerit, sciri non potuit. Transeamus igitur ad aliam disputationis partem, ubi sententiam viri egregii ante oculos positam habeamus videamusque, num ea, quae dixerit, probabiliter dixisse videatur. Dico id, quod totius disputationis Hermannianae summa est et ad quod cetera omnia referuntur, XIII, v. 345 — 673. carmen insertum esse, quod nec cum antecedentibus nec



cum sequentibus vel ita tantum cohaeret, ut ad naves certe pugnam contineat. Miror, quod tantus vir non vidit, quam vehementer ipse Homerus huic rationi repugnet et quam acrite apud poetam ea, quae de pugna apud naves libr. XII. leguntur, cum iis cohaereant quae in hoc, quod Hermannus insertum esse dicit, carmine exposita sunt. Tum idem ipsum ex sententia Hermanniana insertum carmen tam apte et commode cum sequentibus conjungitur, ut omnia pulcherrime totum efficere neminem fugere possit, ut jam, qui illud carmen eximat, non Homerum restituere, sed evertere, mutilare, confundere videatur. Ut id praetermittamus quod versibus XII, 110. sqq.

110. ὄλλ' οὐχ Ὑρτακίδης ἔθειλ' Ἄσιος ὄρχαμος ἀνδρῶν  
αὔθει λιπεῖν ἵππους τε καὶ ἠνίοχον θεράποντα etc.
113. νήπιος οὐδ' ἄρ' ἔμελλε, κακὰς ὑπὸ Κῆρας ἀλύξας etc.
115. ἀψ' ἀπονοστήσειν ποτὶ Ἴλιον ἠνεμόεσσαν  
πρόσθεν γὰρ μιν Μοῖρα δυσώνυμος ἀμφεκάλυψεν  
ἔγχεϊ Ἰδομενῆος ἀγαυοῦ Δευκαλίδου

accurate respondeant, quae XIII, 382. de Asio ab Idomeneo interfecto narratur, totius carminis indolem ac conditionem consideremus et comparemus cum carmine quod libr. XII. continetur.

Jam legimus lib. XII. v. 58. sq. haecce

- Οἱ μὲν ἄμ' Ἐκτορὶ ἴσαν καὶ ἀμύμονι Πουλυδάμαντι  
οἱ πλεῖστοι καὶ ἀριστοὶ ἔσαν, μέμασαν δὲ μάλιστα  
τεῖχος ῥηζάμενοι κοίλης ἐπὶ νηυσὶ μάχσθαι  
καὶ σφιν Κεβριόνης τρίτος εἶπετο παρ' δ' ἄρ' ὄχεσφιν  
ἄλλον, Κεβριόναο χερσίονα, κάλλιπεν Ἐκτωρ.  
τῶν δ' ἐτέρων Πάρις ἦρχε, καὶ Ἀλκάθοος καὶ Ἀγῆνωρ  
τῶν δὲ τρίτων Ἐλενος καὶ Διήφοβος θεοειδής,  
ὤϊε δὴν Πριάμοιο τρίτος δ' ἦν Ἄσιος ἥρωσ' etc.
98. τῶν δὲ τετάρτων ἦρχεν εὖς πάϊς Ἀρχίσταο,  
Αἰεΐας, ἅμα τῶνγε δὴν Ἀντήνορος ὤϊε,  
Ἀρχέλοχος τ' Ἀκάμας τε, μάχης εὖ εἶδότε πάσης  
Σαρπηδῶν δ' ἠγήσατ' ἀγκλιεῖτων ἐπικούρων,  
πρὸς δ' ἔλετο Γλαῦκον καὶ Ἀρήϊον Ἀστεροπαῖον.

Si jam recte consideraveris, poetam his versibus Trojanorum ducibus enumerandis ordinem quodammodo proposuisse, quo postea pugnatum esse enarrat, iisdem his versibus accurate cum sequentibus comparatis id evadere intellexeris, poetam in rebus gestis, quas jam enarraturus est, speciem quandam formae oculis vidisse, qua aciem instruxerit et omnia certo consilio ab initio ad finem perduxerit, et carmine illo quod Hermannus insertum esse putat  
e medio



e medio sublato, pulchrum totius ordinem misceri et perturbari, num etiam-  
tum carmen illud nescio quem intexuisse dicet. Incipiamus ab iis quae in  
medio posita sunt et a nullo non concedi possunt, ut inde ad reconditiora  
et altiora aditum nobis patefaciamus. Praeter illud jam supra laudatum ex-  
emplum Asio necis ab Idomeneo paratae, quam lib. XII, 118. praenuntiatam et XIII,  
384. narratam habemus, etiam aciei partem, ubi hoc factum est, utroque loco  
poëtae eandem ob oculos positam esse, ex eo intelligi potest, quod ut lib.  
XII. l. l. Asium in sinistra aciei parte dimicavisse poëta dicit, ita etiam Ido-  
meneus lib. XIII, 326. ad eandem partem se contulisse narratur. XII, 139. sq.  
cum Asio fuisse dicuntur Jamenus, Orestes, Adamas, Thoon, Oenomaos, ex  
quo numero Jamenus et Orestes XII, 193. una interficiuntur, sicut antea una  
fuisse narrati sunt. Jam carmine, quod insertum vocat Hermannus v. 545.  
Thoonem ab Antilocho interfectum Adamas, qui etiam XII, l. l. proxime ab  
eo stabat, primus videt et frustra ulcisci conatus et ipse a Merione interficitur.  
Versibus supra allatis Trojanorum aciem sic instructam esse videmus, ut cum Hec-  
tore Polydamanta et Cebrionem fuisse dicatur. Tum secutos esse Paridem cum  
Alcathoo et Agenore, quos exceperunt Helenus, Deiphobus, Asius. Aeneas  
cum Archelochio et Acamante in postrema Trojanorum acie positi erant, qui  
enim illos secuti sunt, Sarpedon cum Glaucio et Asteropaeo sociorum erant  
duces. Quam accurate poëta carmine illo XIII, 331. etc. hunc ordinem secutus  
sit, multis exemplis probatur. XIII, 402. Deiphobos, ut qui ab Asio proximus  
esset, ejus caede irritatus Hypsenorem interficit. Alcathoo proximae aciei  
duce et ob id ipsum non procul a Deiphobo dimicante ab Idomeneo XIII,  
428. interfecto Deiphobos Aeneam, qui Asio jam interfecto a Deiphobo stat  
proxime, in auxilium vocat, 459. sq. qui et ipse v. 489. sq. Paridem, Dei-  
phobum, Agenorem appellat. Hectoris, Pulidamantis, Cebrionis sicut Sar-  
pedonis, Glaucii, Asteropaei in hac expositionis parte nulla mentio, ut videas  
poëtam pugnam in media acie versari voluisse. Cum vero de hac postrema  
ratione accuratim postea nobis agendum sit, hoc loco id solum monere satis  
est, exempla modo allata certa argumenta esse, carmen illud, quod Her-  
mannus segregandum esse a consilio, quod poëta sibi in pugna ad naves  
commissa enarranda posuerit, putavit, arctissime cum lib. XII. conjunctum esse.  
Quodsi rationem tantum Hermannianam infirmandam mihi proposuissem,  
in modo dictis acquiescendum esset. Verum ab hoc consilio capiendo, si  
omnino capere fas esset, summa viri verecundia et auctoritas me absterrisset.  
Cum vero in veri investigatione sententiam Hermanni in disputationem non  
vocare non potuerim, nunc jam ea via ingredienda est, qua ad commodiorem  
simplicioreque rei rationem perducamur. Jam igitur in memoriam revocandum  
est, quod supra commemoravi, Hermannum ideo aegras istas Homeri partes sa-  
nasse non videri, quod ad vitiorum omnem vim et numerum animum non

convertit. Eo igitur nos primum omnium convertamus necesse est. Incipiamus ab iis quae XIII. v. 39 — 330. continentur. Hoc loco Neptunus ad exercitum Graecorum venisse dicitur et primum Ajacem utrumque ad vehementiorem fortitudinem excitasse. Hic aliquam moram injicere debet, quod cum lib. XII, 370. sqq. Ajacem Telamonium et ejus fratrem Teucrum Ajace Locro relicto ad Menestheum adjuvandum abiisse legamus, postea revertisse non narratur et XIII, 701. sq. demum utrumque Ajacem in unum convenisse commemorat poeta. Tum divinam Neptuni incitationem nihil fere apud fortissimos viros effecisse recte mireris. Neque enim acerrima illa voce audita animi ad pericula fortiter subeunda inflammantur, sed dum muris modo prostratis et Trojanis acriter instantibus Graecorum res in maximo discrimine versantur, illi tempus colloquendo terunt neque ulla re fortiter gesta documentum edunt, se divino numine moveri. Nihil enim fecisse narratur, nisi quod uterque interfectum Imbrium ex pugna eripiat XIII, 197, haud sane dono divino valde dignum facinus, quod etiam alter eorum a deo non incitatus perpetrare potuit. Praeter illud neutrius Ajacis ulla mentio usque ad 701. Tum id praeteriri non potest, quod Teucer, qui XII. l. l. sq. sagittis instructus in proelium prodit, idemque etiam XV, 437. sqq. eodem modo armatus est, et XV, 477. sqq. ab Ajace demum monitus arcum cum clipeo et hasta mutavit, hoc loco (XIII, 177.) hasta, non sagittis Imbrium interficit. Quid, quod ne in iis quidem, quae a deo facta esse legimus, quidquam consilii et sapientiae esse confitendum nobis est. Neptunus enim ob nepotem Amphimachum, qui quidem quomodo tam arcto cognationis vinculo cum deo conjunctus fuerit, poeta nec hic nec XI, 750. sq. ita exhibet, ut solito suo more talia eum multis locis exhibere scimus, quam maxime exacerbatus ad rem ulciscendum non ipse in mediam aciem irruit, neque unum ex magno numero eorum, qui pugnae intersunt, ad vehementiores impetus in Trojanos faciendos impellit, sed ad tentoria se contulit, ut Idomeneum, qui unus ibi moratur, si rationem Hermannianam sequeris, ad proelium eliciat, quo ille suoapte motu (v. 215.) se contulisset. Jam Idomenei pugnam relinquentis antea nulla mentio, sed eo ipso loco, quo poeta eum jam revertentem facit v. 210. sq., pugnam ille reliquisse narratur, ut curam haberet saucii comitis:

*ἔρχόμενος παρ' ἑταίρου, ὃ οἱ νέον ἐκ πολέμοιο  
ἦλθε, κατ' ἰγνύην βεβλημένος ὀξεί' χαλκῶ etc.*

Quis ille ἑταῖρος fuerit, nescimus. Idomenei comes commemoratur apud Homerum nemo nisi Meriones cf. lib. II, 650. sq. IV, 253. sq. VII, 165. sq. VIII, 263. sq. etc. qui modo pugna egressus, ut ex tentorio hastam sibi afferret, vulneratus non erat. Quid denique de ea re judicemus, quod Idomeneum comiti saucio



non unum, sed (v. 213.) plures medicos adhibuerit. Videre nobis videtur non fortissimos illos heroas, quos divinus philosophus civibus suis simplicitatis exemplum commendavit (Plat. de rep. 404 B — D. 405 E — 406 D.), sed teneriorem mulierculam, quae morbo unum medicum adhibere satis non habet. Quae omnia cum ita sint comparata, ut quocunq; loco ea legas non offendere non possint, eo, quo nunc apud Homerum sunt, loco ne ferri quidem possunt. Jam ante oculos quaeso pone muros modo prostratos, Trojanos Hectore duce prospero eventu elatos vehementissime irruentes, summa pericula undique imminere, tumultus flagrare, nonne tum fateare sermones illos inter Aiaces, inter Neptunum et Idomeneum, inter hunc et Merionem hoc loco habitos esse ineptissime, neque solum optimo quoque poeta talia prorsus esse indigna, sed ne in mediocrem quidem cadere posse. Priusquam, quomodo haec vitia sublevanda esse censeamus, proponimus, ad alios locos dijudicandos transeamus, eos dico qui sunt XIV, 1 — 155, et 364 — 388. Ea, quae Homerus de Machaone profert, expediri non posse, sive eum vulneratum sive non vulneratum esse credas, jam supra commemoravi. Id etiam jam dictum est Nestorem v. 52. sq. non ad ea respondere, quae modo ab Agamemnone interrogatus erat. Quo accedunt, quod Agamemnon non solum tritum jam et obsoletum malorum remedium fugam scilicet in patriam proponit, sed tale etiam, quod, ut nunc res se habebat, ne adhibere quidem licebat. Fieri id potuit lib. II. ubi Trojani non instabant, vel lib. IX. ubi Graecorum summus dux Hectorem ne fieret per noctem custodiis vigiliisque impedire ignorabat, cf. lib. VIII, 508. sqq. Hoc vero loco, ubi ad naves acerrime pugnabatur, Agamemnoni non solum turpissima ignavia exprobranda esset, sed etiam apertissime ille insanire videretur, si animum nunc adducere posset ad illud consilium, quod exprimit verbis:

*νήες ὅσαι πρῶται εἰρύαται ἄγχι θαλάσσης  
ἐλκωμεν, πάσας δὲ ἐρύσσομεν εἰς ἄλλα δῖαν.*

Mirandum sane est, hanc rem veterum interpretum Homericorum neminem offendisse cf. Schol. Ven. ad h. l. et Eustath. p. 967, 41. sqq. Nonnihil offensionis etiam id habet, Neptunum v. 135. sq. voce divina eos duces excitare, qui non pugnaturi proelium jam obeunt, sed ut alios ad pugnandum excitarent v. 131. Jam vero duces, qui v. 134. in pugnam jam processisse narrantur, 370. sqq. ut armis se induerent a deo admonentur. Aliter enim hunc locum interpretari non potes. Quid denique de armorum illa commutatione, obscuro illo loco 370 — 388. commemorata, cogitemus, prorsus ignoramus, quum rei, quae mira non videri non potest vestigia alia apud Homerum sint nulla. Diomedis enim et Glauci libro IV, 119. sqq. exempli alia est ratio, cujus exempli si hic haberemus imitationem, imbecillima profecto esset imitatio.



Sed quod omnium est gravissimum est hoc, quod cum saucii Graecorum duces, Agamemnon, Ulixes, Diomedes in pugnam revertere narrentur, non ut ipsi pugnent, sed ut alios ad pugandum excitent, neque ipsi pugnasse, neque alios excitasse, neque aliud quidquam fecisse dicuntur. Ne nomen eorum quidem in omnibus quae usque ad initium lib. XIX. narrantur, commemoratur. Ibi cum Achilles jam cum Graecis in gratiam rediturus omnes in concionem convocaverit, illi tres ita adveniunt, ut vulneribus adhuc gravatos eos esse videamus. Quocunque enim modo locum illum difficillimum interpretaris XIX, 75. sqq. id tamen haud dubie ex eo efficitur, Agamemnonem vulnere adhuc aegrum solito more concionari nondum potuisse. Neque in sequentibus quidem, ubi proelio rursus reintegrato fera Achillis saevitia ingentia per campos edit funera, quod illorum nulla mentio, pugnae interfuisse videntur. Quid, quod poeta sub finem carminis XIV, 516. diserte significasse videtur, se Agamemnonem in pugna praesentem non fecisse. Hoc loco enim dicit

*Ἀτρείδης δ' ἄρ' ἔπειθ' Ὑπερήνορα, ποιμένα λαῶν,  
ὄτα κατὰ λαπάρην.*

uter Atridarum fuerit, non dixit, quod profecto non neglexisset, si utrumque interesse in animo habuisset. Quodsi haec omnia inter se bene conjuncta in uno quasi conspectu ponas, nonne id efficere videntur, ut ea ipsa, quae carminum pulchram simplicitatem perpetuitatemque tantis incommodis perturbent, falsa et subditiua esse recte censeas. Jam vero cum his ipsis e medio sublatis non solum omnia impedimenta tollantur, sed etiam omnia summo et vere Homericum artificio facta esse evadant, nonne tum ipsa ratio nos cogit, ut Homero duce Homerum restituamus. Quae cum ita sint, Nestor, cujus postea XV, 373. 660. mentio fit, ex pugna omnino non excessisse putandus est. Quae quidem ratio eo etiam adjuvatur, quod Machaoni vulnerato vix expediendae se opponunt difficultates. Sententiam vero, cum non vulneratum a Nestore, ut Hermannus fieri voluit, e pugna abductum esse, omnibus numeris claudicat et laborat. Quae tandem tanta est medicorum cura, ut periculo appropinquante confestim a rebus removendi sint. Nonne tum satius fuisset, ut medici omnino in tentoriis relictis nunquam in certamen, quod sine summo discrimine iniri non potest, prodirent. Nonne denique solus sine Nestore comite abiisset, si salvo et incolumi abeundum fuisse concedamus. Neque igitur Machaon et Nestor pugnam reliquerunt, neque Patroclus, quem ab Achille mitti non potuisse Hermannus probavit, suo motu sciscitatum venit, quo loco res se habeant. Conspici enim omnia poterant a tentorio et statione Achillis. Tollenda igitur sunt lib. XI, 502 — 520. et 596. usque ad libri finem. An tu Nestoris illum immodicum et exsanguem sermonem, qui non solum ad Patroclum abire festinantem cruciandum aptissimus est, sed etiam nobis consumendi otii causa legentibus satietatem et fastidium moyet, vere Homericum esse cen-

ses? Quam gloriosam ostentationem et loquacitatem quandam verus Homerus in Nestore, persona ter aevo functi senis, accommodatam et concinnam esse voluit, eam hoc loco ita exaggeratam et modum excedentem habes, ut non ut illic (I, 249. sqq. VII, 121. sqq.) sua vi et natura melle dulcior ejus sermo profluere, sed ex calculo quodam profectus ad loquacitatis fastidium spectare videatur. Tum lib. XII. initium, ubi Neptunus et Apollo muros a Graecis instructos post Trojam captam diruisse narratur, quoniam sine accuratissima cum lib. VII, 445. sqq. comparatione dijudicari non potest, nunc in medio relinquendum est. A versu 35 usque ad libri finem omnia sine ulla offensione deducuntur. Libri vero XIII. partes ita inter se conjungendas esse censeo, ut vv. 1 — 42. sequantur vv. 83 — 125. Tum eximenda sint omnia usque ad v. 330. In sequentibus vv. 685 — 700. in suspicionem vocandi esse videntur cf. multos hoc loco a Schol. Ven. notatos versus et Wilh. Mülleri *Homeriche Borschule* edit. alt. p. 82. Haud dubie vero subdititium est, quod de consilio a Polydamante Hectori dato vv. 725. sqq. narratur, quod facile ex ipsius loci argumento et conditione evincitur, ita ut genuinas hujus libri partes habeas hasce v. 1 — 42. v. 83 — 125. v. 331 — 685. v. 700 — 720. v. 795. usque ad libri finem. Libri XIV. initium capiendum est a v. 153. et in sequentibus etiam tolli debent 362 — 388. Sublatis denique lib. XV. v. 390 — 405. omnia ita disposita habes, ut omnia quae gesta sunt a lib. XI. initio usque ad necem Hectoris non solum unum totumque efficiant, sed etiam membrorum distributio et compactio prodeat ea, ut omnia uni eique egregio ex altissima vatis mente profecto consilio pareant, neque jam Homerum habeamus depravatam, distortum, a se ipso discerptum, sed talem, qualem omnium aetatum temporumque summa admiratione dignissimum eum cognitum, judicamus. Neque metuendum esse puto, ne cui Patroeli et Achillis colloquium initio lib. XVI. moram injiciat, quin omnia de Patroelo ad Graecos clade affectos adveniente spuria esse consentiat, quod ejusdem loci error habendus esset, quod Hermannum commisisse supra commemoravimus, cum offensus esset, quod Nestorem XIV. 55. sq. Agamemnoni narrantem facit poeta, quae et ipsi Agamemnoni nota esse debuerunt, neque animadvertisset, mentis vehementes motus efficere solere, ut res quibus animi commoveantur, non ad novum cuiquam dicendum, sed etiam eorum iis, quorum in conspectu res positae sunt, commemorentur, quia vi et lege humanitatis pressi pectoris onus commemorando sublevatur. Sit sane, ut haec ratio praetermissa ansam loci de Patroelo misse inserendi praebuerit interpolatori, qui, cum Patroclum omnia enarrandi causam habere non posse, nisi ut certiore faceret Achillem, crederet, ne id quidem silentio praeteriri posse, quomodo ipse Patroclus res cognoverit, putarit.



Sicuti vero, ea, quae removimus, ut removeantur, ipsum Homerum poscere flagitareque ex supra dictis manifestum est, ita etiam in mente voluntateque, quam poeta in rebus ad naves gestis enarrandis susceperit, exponenda non rem, quae in nostra opinione est, Homero intrudere, sed quam ipse solertiae suae copiam nobis largitus est, ex ea ut aliquid praesidii in ipsum redundet, efficere conabimur.

Jam primum omnium tenendum est, pugnam illam ad naves pugnatum summam quodammodo esse rerum in Iliade gestarum. Cum enim illa Jovis consilium, quo jam ineunte carmine verbis Διὸς δ'ετέλειατο βουλή potissimum momentum positum esse poeta significavit, perficiatur, et quae antecedunt omnia intendere ut eo perveniant, et quae sequuntur illuc redire manifestum est. Tanta vero gravitatis res poetae ita amplificanda erat, ut tam rerum enarratarum varia copia et multitudine quam pulchritudine specieque suum quodammodo ei tribuatur. Quod quam solerter et ingeniose fecerit poeta, locis illis, qui spurios se esse ipsi luculentissime testantur, e medio sublatis, omnium est apertissimum. Rem enim parum copiose perscriptam esse, quae continet omnia, quae sunt a lib. XI. initio usque ad medium lib. XVIII., haud suspiceris, sed quin apte etiam et jucunde omnia disposita sint non dubites, si accurate, quam solerter rerum enarratarum continuatio articulis membrisque soluta, quam varie pugnandi generibus diversis certoque ordine distincta, quam festive niteat deorum dearumque personis et suavissimis eorum actionibus et sermonibus, quam erudite denique omnia ita in ornatu disposita sint, ut cohaerentia cum omni corpore membra esse appareant. De quibus rebus cum summam tantum hic agere liceat, potiora tantum rei momenta, quae ad sententiam nostram probandam plurimum valere videntur, in medio proponemus. Jam libr. XI. poeta vestibula nimirum facit aditusque ad res apud naves gestas enarrandas easque et honestissimas et illustrissimas. Cum enim in eo esset, ut Graecos a Trojanis fusos fugatosque esse enarraret, ut fugae turpitudinem labemque aliquanto imminueret, et summum Graecorum ducem et alios virtute clarissimos in primis Diomedem et Ulixem fortissimum utrumque vulneribus saucios victoriae illi Trojanorum Graecis funestae non interfuisse animadvertit. Qui iidem, quoniam ne postea quidem, cum Achilles Patrocli nece exacerbatus saevissima in Trojanos irruens edidit funera, in rebus enarrandis commemorantur, nescio an consilio hoc fecisse poeta putandus sit. Quamvis enim Pelides jam cum Agamemnone in gratiam rediisset, ad gloriam Achillis augendam honestandamque nescio quo plurimum valet Agamemnonem infaustae illius irae auctorem saucium in tentorio retineri, dum ille Trojanis jam in urbem compulsis Hectorem interimit. Cum vero illis lib. XI. ex pugna remotis Ajax relinqueretur fortissimus, poeta ab ejus parte v. 521. Hectorem pugnantem fecit, quem quidem pugnandi ordinem



adeo a poeta observatum video, ut usque dum Patroclus lib. XVI. res Trojanorum perturbat, ubi Ajacis ibidem etiam Hectoris ab ejus parte pugnantis mentio fiat, alter vero sine altero vix commemoretur cf. XIII, 674. sq. usque ad 681. 809. sqq. XIV, 402. sqq., ubi Hectorem se recipientem Telamonius lapide adpetit et tantum non percussum pugnam relinquere coëgit. XV, 415. sqq. 484. coll. 500. XVI, 357. etc. Jam lib. XII. fossam superaturi ex curribus descendunt et v. 88. sq. eam aciem instruunt, quam in sequentibus poetam ante oculos nunquam non habuisse supra probavimus. Ad ea, quae supra jam attulimus, adjici potest lib. XIV, 464. coll. 475. sqq., ubi poetam XII, 100. in animo habuisse manifestum est, quamquam hoc loco pugnandi ordinem paulo jam immutatum esse ex iis, quae 420. sqq. facta esse videmus, conjici debet. Quae lib. XII. enarrantur, ad muros Hectoris virtute prosterrendos festinant omnia.

Quocunque enim modo Trojanorum Graecorumque aciem instructam esse credas, id manifestum est, in tres eam dispositam esse partes, quarum in una Ajax Telamonius Hectoris impetus sustinet, in altera Trojanorum duces omnes, qui XII, 93 — 100. numerantur, proelium cum Idomeneo, Merione, Menelao, Antilocho proelium commiserunt. Tertia denique acie Atheniensis Menestheus Sarpedonis Glaucique vim defendere conatur. Quodsi attente poetae vestigia persequaris, etiam quo ordine constituta fuerit triplex acies, suspicari licet. Menestheus enim Sarpedonem in se incurrentem videns lib. XII, 331. proxime sibi stantes Ajacem Telamonium et Teucrum sibi auxiliatum accessit, a quibus Ajax Oileus relictus solus impedire non potuit, quominus Hector ingente saxo ingerendo portae obices rumperet. Cum vero Asius et alii hujus aciei duces a sinistra Hectoris parte pugnasse enarrantur, haud temere conjicere licet, mediam aciem Hectorem, dextram Sarpedonem, sinistram ceteros lib. XII. l. l. commemoratos duces Trojanorum tenuisse. Quae sententia multis egregie adjuvatur. Scite enim poeta pugnam longe ab Achillis navibus abesse debere arbitratus est. Quin ne apud vulneratorum quidem ducum naves probe et commode pugnari potuit. Jam vero Ulixis, qui inter vulneratos erat, naves subductae erant mediae inter Achillis et Ajacis ab utroque parte extremas v. lib. XI, 5. sq. Itaque ad eam partem, qua Ajacis naves in statione habebantur, vates pugnam flagrantem fecit aptissime. Aciem vero ita instructam fuisse, ut ejus media pars eum locum, quo Protesilai naves subductae essent, occupatum teneret, poeta ipse declaravit lib. XVI, 285. sq. Protesilai vero naves Ajacis excepisse et Hectorem hac parte in hostem irruisse, enarratum habemus lib. XIII, 681. Quae cum ita sint, bene etiam lib. XIV, 425. sq. succurri potuit Hectori lapide icto sq. tam ab Aenea Agenoreque, quam a Sarpedone et Glaucio. Jam quomodo in hanc rerum gestarum in diversos locos distribu-

tionem omnia spectent, videamus. Frustra ab Asio suscepto labore (XII, 103 — 173.) omen quoddammodo triste fati ejus jam imminentis (XII, 115.) innuitur. Rerum a Sarpedone gestarum nulla nisi lib. XII. mentio, eaque eo consilio facta esse videtur, ne fortitudini Ajacis muris ab Hectore prostratis nimia adspargatur labe. Eo enim absente Hectorem murum diruisse mirum non est. Vulnus a Glauco in brachio exceptum commemoratur etiam lib. XVI, 510. sq. Ubi vero muris jam prostratis ad ipsas naves pugnatum est, Sarpedonis nulla mentio, quippe quem poeta manibus Patrocli perituum reservasset. Cum vero eo ipso loco, quo Trojani in eo sunt, ut prospere rem gerant, exitus iis infaustissimus omnibus (XII, 200. sqq.) portenditur, jam in primis et media et extrema ita significata habemus, ut universa in unum finem congruere manifestum sit. Quod autem toto hoc carmine, quod pugnam ad naves pugnatam continet, egregia arte poeta effecit, ut eae ipsae res, quibus clades damnaque Graecorum exponantur, plus ad fortitudinem Graecorum celebrandam quam ad Trojanorum laudem conferre viderentur, id etiam lib. XI. et XII. factum esse, ex iis quae supra commemoravimus apparet. Etiam hoc tenendum est in simplicissimo priscae aetatis bellandi genere vatem victoriam variam atque huc illuc facientem proferre non potuisse, nisi diis in pugnam introductis. Quod Homerum persaepe nulla alia ex causa fecisse, quam ut idoneam commutandae belli fortunae causam haberet id docent res lib. VIII. enarratae, quarum consimilis est ratio in multis aliis apud Homerum locis. Jamne is qui lib. VIII, 75. summum deum Trojanos adjuvare, tum v. 245. precibus Agamemnonis motum consilio mutato suo numine atque auxilio Graecis ferre salutem, versu vero 338. verbis ἄψ δ' αὖτις Τρώεσσι Ὀλύμπιος ἐν μένος ὤρσεν mentem divinam iterum conversam esse legat, Jovem Homericum summae inconstantiae et temeritatis arguere debet, an confitendum ei est, Homero, quoniam aliter de mente et numine deorum senserit cogitaritque atque nos nostra opinione eum sensisse judicemus, licuisse procliorum variam et mutabilem conditionem in ipsius Jovis consiliorum commutationes transferre. Jam vero ad ipsam legem, qua consilia numinaque deorum apud Homerum dirigantur cognoscendam, recte nemo nisi ipse Homerus adhiberi potest. Paulo longius haec disputavi, quod cadunt etiam in ea, quae Hermannus de stultitia, quam a Jove initio lib. XI. commissam sibi invenisse visus est, proposuit. At vero id quod poeta lib. VIII. l. l. brevi tantum atque strictim fecit, id copiosissime in hoc carmine, de quo nunc agimus, adhibuit. Ibi enim rem tam nude et simpliciter tradidit, ut ad genus dicendi quoddammodo eum pertinere luce clarius esset, hic vero tanto instrumento atque apparatu fecit, ut qua ratione fecisset, facile fugere posset, nisi totius carminis idoles, poetam morem suum, quem aliunde cognitum habemus, hic etiam secutum esse apertissime doceret.

At Ni-



Nimirum ut victoria muris dirutis jam ab Hectore et Trojanis parta eorum manibus eripi possit, Jupiter oculis et animo ab agro Trojano aversis Neptuno Graecis opitulandi facit potestatem. Jam ut aliquam dimicandi interponeret moram et audientium animi a sonis bellicis relaxarentur, tum etiam ut eam carminis partem, quam primam et potissimam esse diximus, amplissime exornaret, deus magnificentissime se extulit et toto imperii sui lumine se ostendit. Verum cum Jupiter adhuc vigilaret, Neptunus cura, ne a Jove conspiceretur sollicitus, animum explere nequit et clandestina sua consilia humano habitu gestuque texit. At officium illud divinum ut integritate divinae facultatis caret, ita poëtae consilio est aptissimum. Neque enim jam nunc ut postea fecit XIV, 384. sq. pleno gradu in hostem aciem ducere eum poëta voluit, sed id tantum incrementi Graecorum fortitudini afferendum erat, ut vires ad eos arcendos suppeterent, quibus sinistra acies tuenda data erat. Ea vero in parte, qua nec Hector, qui Trojanis belli erat spes et fiducia, nec Ajax Achille ille quidem inferior sed similis ejus et secundus (lib. XVII, 280.) pugnarunt, armorum exitum enarraturus, deum totum in pugnam insistentem introducere non potuit, sed eo usque tantum Trojanis adversa vestigia urgentem fecit, ut illa quidem acies inclinaretur, Hector autem invictum adhuc se praestaret. Sic Jupiter ab agro Trojano aversus Neptuno copiam facit Graecis id opitulandi quod, satis est, ut poëta solito suo more aciei sinistrae tantum non retro versae causam dei interventu significaret, summi autem dei adhuc vigilantis verecundia commotus victoriae adeo temperavit, ut eam commode augere posset, ubi Trojanis Hectore vulnerato trans fossam rejiciendi essent (lib. XV, 1 — 2.) et vincula illa immodici amoris a Junone Jovi injecta, ut Neptunus jam non furtim et per praestigias sed aperte et palam rebus se immisceret, effecerunt, ita ut magna cum artis subtilitate vates dei jam efficacioris interventus causa enarranda aditum sibi ad eam amplissimi carminis partem patefaciat, qua a Graecis prosperrime pugnatum esse proponere voluit. Quam vero jucunditatis et suavitatis plena sint ea, quibus licet quammaxime ad pugnae enarrationem pertineant animus tamen ab horrida acie ad dulcissimas res avocetur, verecundus nemo pronuntiare audeat, cum ipse vates argutissimus omnium laudis suae immortalis sit praeco, neque palmam tribuamus necesse est ei, qui sibi ipsi victoriae nullam obtreactionem habentis imponat coronam. Jam vero his ipsis enarratis aditus ad sequentem patet partem, qua res Trojanorum afflictæ in integrum restituendæ et enarranda erant ea, quibus  $\Delta\iota\delta\varsigma \delta' \epsilon\tau\epsilon\lambda\epsilon\iota\epsilon\tau\omicron \theta\omicron\upsilon\lambda\eta$ . Sopitus enim deus expectatus cum primum calamitatem Trojanis a Neptuno editam sensit, graviter commotus Junonem terribili affatu excitatam Iridem ad se vocare jubet, hanc mittit, ut Apollinem et Neptunum imperia sua edoceat. Qui omnes dii ad jussa Jovis persequenda arcessiti, eorumque

praeceptis omnipotentis hominum atque deorum parentis obedientissimi animi ad sublimitatem Jovis exprimendam quam maxime sunt idonei. Sicuti vero aptissime ei loco, quo res jam in eo essent, ut Διὸς βουλή perficeretur, gravissimae Jovis apud ceteros deos auctoritatis exempla praecedunt, ita ingressum obstruunt commodissimum ad eas res, quibus a maxima calamitate ad prosperrimum pugnae eventum a Trojanis transeat et positus quasi armis animo a continuo pugnae undique flagrantis clamore et strepitu jucundum dant respirandi spatium. Interjiciuntur praeterea pugnandi intervalla pulcherrima lib. XVI, 1 — 256. inter Achillem et Patroclum habiti sermones et Myrmidones magnifice ab Achille ad bellum instructi et admoniti, tum lib. XVIII, 1 — 148. Achilles ab Antilocho Patroclum interfectum esse certior factus, miseri amici squalor et luctus Nereidum omnium fletu auctus, Thetidis solamina et promissa. Certamini de exanimis Patroclo finem imponit Achilles, ipsi pugnae solis invitus occasus. Carminis omnibus numeris perfecti et absoluti etiam finis sublimitate et magnificentia egregius est. Neque enim ulla alia ratione significantius rerum gestarum magnitudo in memoriam summam comprehendendi et repeti potuit, quam ea, qua vatem usum esse videmus, cum solem, quem ex omnibus rerum eo die gestarum testibus solum indefessum fuisse dicas, tot et tantarum rerum videndarum cupidum non nisi invitum et coactum caelo concessisse narraverit, neque sine ingenio v. 239. Solem epitheto ἀνάμαντα exornando defatigationem utrimque pugnantium innuisse putandus est.

Quodsi nulla est hujus amplissimi et magnificentissimi carminis pars, quae aut avulsa a ceteris per se constare possit, aut qua cetera si careant vi sua vitali non priventur et in omnibus quae sunt a libr. XI. usque lib. XVIII. l. l. tam mirus concentus reperitur, ut uno quodam societatis vinculo contineantur et divina illa ingenii vis, quam maxime in Homero miramur, non est in singulis articulis sed per totum carmen fusa aequabiliter, singulas partes nisi toto mutilato et corrupto discerpere et trajicere non potes. Eas quas notavimus subdititias esse partes idem ipse poeta, qui discerpi se et dilaniari omni vi recusat, luculentissime testatur. Addi quidem his possunt loci aliqui minores ut ille lib. XIII, 643 — 660. multum tentatus de Pylaemene locus, neque quidquam etiam obstat, quin cum Heynfo et Spohnio (de agro Trojano p. 24. hunc librum in manibus non habeo; citavi rem ex Spitzneri comm. crit. ad Iliadem lib. XIII, 674.) consentiamus, qui omnia, quae post XIII, 673. ex variis variorum rhapsodorum laciniis consarcinata esse dicant, imo sententia mea non mediocriter adjuvatur, si versus XIII, 673. excipitur a XIV, 153.:

Ἦρη δ' εἰσεῖδε χροσόθρονος ὀφθαλμοῖσιν



Sed haec ad rem de qua hic agimus non pertinent, dummodo id vere dixisse videar, ea, quae in hoc carmine maxime admiramur, non tam in singulis quam in toto spectari et omnia tam certum suum locum habere, ut rationem trahendi et discernendi ab Hermanno propositam omnino non admittant. Quod si verum est, habemus sane in hoc carmine interpolationis majoris exemplum sed nullum tale, quale Hermannus esse voluit neque ad ejus sententiam comprobendam idoneum. Merae sunt interpolationes, quibus etiam quid ansam praebuerit, jam nunc interdum suspicari licet. Sicut Hermannus Patroclum eas res, quas initio lib. XVI. enarret, scire non posse credidit, nisi ipse Graecos male afflictos adisset et ob id ipsum sciscitatum cum venisse suo motu, quo in loco res essent, arbitratus est, ita is, qui locum de Patroclo misso interpolavit, vidisse sibi visus est Patroclum ab Achille ad eas res sciscitandas mitti oportere, de quibus postea eum Achillem certiore facere errore captus putavit. Saucios vulneribus duces Nestor Patroclo enumerare potuit omnes praeter Eurypylum, quem vulneratum Nestor nondum scivit, verum enim 662. libri XI. non cum Hermanno genuinum sed cum veteribus interpretibus spurium esse puto. Cum vero ille, cum Achilli vulneratorum ducum nomina traderet, Eurypyli etiam mentionem facit, commorandum etiam Patroclo erat in tentorio Eurypyli. Consimili ratione etiam de ceteris disputari potest. Sed omittamus hoc loco interpolationum quaerere causas, quae accurate perspicere non possunt, nisi aut omnes aut certe pleraeque in uno posita fuerint conspectu. Id manifestum est, in omnibus interpolationibus a lib. XI. initio usque ad XVIII, v. 243. nullum esse earundem rerum ab aliis poetis aliter enarratarum vestigium, nullum etiam eo consilio trajectarum et discerptarum partium, ut plura quae easdem res continebant carmina sic insererentur, ut aliqua cum probabilitate unum quoddam ac totum efficerent. Quis enim XV, 727. et XVI, 102. talia vestigia esse cum Hermanno consentiat? Alia quibus sententiam sua probaret exempla Hermannus non attulit. Ne hoc quidem satis planum et certum est, quomodo Hermannus ea, quae in dissertatione sua quam scripsit de Homero et Sapphone (Opusc. Tom. VI, p. 70. sq.) antehomerica in Homero inveniri dixit, (l. l. p. 79.) ab iis distinguat, quae eundem Homerum de ira Achillis Ulixisque reditu duobus minoribus carminibus tanta cum ingenii praestantia comprehendisse dicat (l. l. p. 86 — 80. Opusc. Tom. V, p. 70.) ut non solum ceteri poetae aequales omnes sicut sideribus minoribus sole clarescente officitur in oblivionem adducti essent, sed etiam posterioris aetatis poetae metu ne sua carmina repudientur rejicianturque commoti alias sibi res canendas proponere ausi non essent, sed vestigiis tantum Homeri insistentes jam vetustatis sanctitate ornata illa carmina augere et propagare satis haberent. Nisi ipsa illa antehomerica carmina eadem sunt, quae postea et altero loco ipsum Homerum condidisse

posterioresque auxisse et propagasse dicat vir praestantissimus, aut obscuritatis aut repugnantiae aliquid rem continere manifestum est. Dolendum sane est, quod cum Hermannus cognosci facile posse ea quae in Homero sunt antehomeria dicat, (Unter Vorhomerischem ic. verstehen wir, was die Dichter, die wir unter dem Namen Homer zusammenfassen, erkennbar aus alten Gedichten aufgenommen haben haec sunt viri egregii diserta verba) quoniam, quod cognitu facile est, dictu difficile esse non possit, nullum antehomericorum exemplum in medio posuit. Exstitisse jam ante Homerum carmina, quae easdem res atque Homerica poësis, continerent, eaque carmina in ipsa Homerica carmina quae nunc habemus, multum valuisse, inficias nemo ire potest, quamvis certos rei fines constituere nemo queat. Rationem autem Hermannianam ipse Homerus refellere videtur.

Ut enim omittamus rem multis obstrui difficultatibus et paene dilabi, si id, quod etiam Hermanno veri simillimum videri spero, jam constaret, Odysseam seriore quam Iliadem esse origine, tum enim eadem causa, qua comoti posterioris aetatis poëtae a novis rebus canendis abstinere et carmina sua argumento ab Homero de ira Achillis proposito adaptanda sibi esse censebant, Odysseae etiam poëta carmen suum ab Iliade segregare ausus non esset sed quocumque potuit modo ejus argumentum ut in Iliadem intruderet et vi quadam inferret omne studium contulisset, hoc tamen vere mihi dicturus esse videor, in minore illo de ira Achillis carmine fuisse non posse talia, qualia *Διομήδους ἀριστεία* et alia hujusmodi carmina continent. Quomodo enim poëmate, quod potiora tantum argumenti momenta in medio posuit et de rebus summam potius quam abundanter ob brevitatem agere potuit, ea enarrata esse dicas, quae etiam longiorem quam nunc habemus Iliadem nimis amplam reddant, quaeque si minus divinam eorum pulchritudinem quam pro summa rei argumenti abundantiam spectas recidere velis. Jam vero, si accurate, quam perfectum et omnibus numeris absolutum illud carmen sit perpenderit, si hujusmodi carmina praecipue inter ea habenda esse, quae vatis nomen sempiternae commendent gloriae pleno ore consentire debeas, nonne tum ingenuae et ipsi in primis benignae musae turpissimum jugum imposuisset, si eam suo nomine et sua sponte res sibi canendas sumere vetuisset, et extra eos fines eam egredi passus non esset, quos ab alio alius temporis poëta constitutos accepit. Quam iniquam et prorsus indignam conditionem si poëtam iniisse cum Hermanno credas, ut vulgi audientis assensum popularemque plausum approbationemque ferat, quoniam aequales nihil fere quidquam audire voluerint, nisi ea, quae ad iram Achillis et Ulixis reditum pertinuerint, jam nescio, utrum magis rejiciam, quod in divini ingenii poëta id arguas, quod in pessimum quemque cadere soleat, an quod in politissima gente ea reprehendas



quod ne in rudi quidem et barbara inveniri posse credam. Etenim, aut omnino fallor, aut egregium quemque poëtam non id cupide elaborare pro comperto habendum est, ut laude et gratia populi celebrentur carmina, sed quamvis si fiat, et fiet profecto dum leges humanitatis immutatae remanebunt, gratissimam eam habeat lactissimorum, quibus a caelestibus adflatus sit, honorum comitem et sociam, a solo deo eum commoveri, quem pectore clausum habeat et quocumque ille arcessat eo sequi fidentissime. Quae cum ita sint, ne species quidem est probabilitatis, talem poëtam qualis esse debuit insignis illius carminis quod *Διομήδους ἀριστέα* inscriptum habemus, conditor, in tanta rerum fabularumque copia et varietate in solo Homero augendo prolatandoque constituisse, neque liberio rem animi cursum alieno consilio eum impedivisse ullam habet veri similitudinem, cujus carmina ditissima vena fluxisse videmus.

Neque minus res vacillat, si liberam gentis indolem spectas. An homines pulchri sensu tam egregie imbuti repudiassent dicam ea, quae nec ad Achillis iram nec ad reditum Ulixis pertinerent, si tanto splendore tantaque copia, quanta in carmine modo commemorato et ab ipso Hermanniano Homero non confecto inesse videmus, commendata oblata iis essent, quippe oblectationem non ex poëmatum pulchritudine et praestantia sed consuetudine et vetustate metirentur. Num quid est, si hoc statuis, quod et hi facere et illi pati perferreque poterant indignius? Calamitate afficere eum dixeris nomen Graecorum clarissimum, qui tales eorum poësi leges praescribat. Jam vero, cum talia, qualis haec est *Διομήδους ἀριστέα*, in prima potissimum Iliadis parte sint permulta, quaeri oportet, quo in loco carmina illa ex sententia Hermanniana habenda sint. Ipsius Homeri esse non possunt. Nimis longa enim evaderet Ilias primaria, quare brevem habeant ambitum necesse est, neque etiam ad ea pertinere possunt, quae Hermannus (Opusc. Tom. VI. p. 80.) ad partes inter se jungendas facta esse dixit. Omnino enim nihil jungunt sed expeditum rerum cursum turbare potius quam adjuvare videntur. Si vero posteriores poëtas Homeri Iliadem his carminibus auxisse et amplificasse dicam, tum ille ipsa difficultas, quam Hermannus sententia sua remove conatus est, aliquantum augetur. Movebat enim Hermannum id, quod nulla alia Homericæ ætatis exstant carmina nisi de ira Achillis et de Ulixis reditu. Id vero multo magis offendit, si poëtas exstitisse videmus ipsi Homero omni numero pares, quos, quamvis libenter concedi possit, eos hoc vel illud carmen addidisse Homero, satis tamen non habuisse ut famulos quosdam et ministros Homeri in eo augendo et amplificando acquiescere sed novas etiam inchoasse res easque non minus quam Homericæ apud omnes commendatas ipsius rei sana ratio vehementissime postulare videtur. Jam quataquæque pars est Homeri quæ ad sententiam Hermannianam adjuvandam idonea sit? aut nulla omnino aut si aliqua

nulla certe tanta et tam gravis, ut non multo iis rationibus superetur, quae illi sententiae summa vi repugnet.

At vero ut quomodo haec res se habeat enucleatius perspicui possit, trans-  
eamus jam necesse est ad aliam hujus commentationis partem. Cum vero,  
quemadmodum in ipsa Iliade, ut nuntii et cohortationes Jovis Agamemnonisque  
ad omnium et aures et animos penetrare possint, vox ab Ulixis nave, quae  
medium inter primam et extremam tenebat locum in utramque partem emit-  
titur, sic nos etiam quo facilius totam investigatione comprehendamus Iliadem  
a media ejus parte rem inchoaverimus, ut opportunus nobis inde sit et ante  
et retro progressus, ut retro primum respiciamus, gravissima Caroli Lachmanni  
nos commovet auctoritas. Cum enim ea, quae vir tam singulari modestia pru-  
dentiaque quam summo ingenii acumine et subtilitate praeditus de decem  
Iliadis libris prioribus in Academia Berolinensi ante hos nonnullos annos viris  
doctissimis proposuit, in primis ad hos conatus me excitassent, fructuum quos  
ex summi viri ingenio et doctrina cepi gratiam debite me persolutorum esse  
credo, si illos omnino male perceptos non esse ostendero.

Brevi vero hac disputationis parte rem perscribere possumus. Omnia  
enim quae dixit vir praestantissimus tam firma sunt, adeo nihil in conjectura  
et dubio positum, sed tam certa et deliberata sunt et ex principiis tam bene  
provisis proficiscuntur omnia, ut etiam ubi ejus sententiam aut augere aut emen-  
dare velis, ipsum habeas ducem, quem sequaris praestantissimum. Tum etiam,  
cum doctissimi viri singularis scribendi virtus ea sit, ut artificiosa qua usus est  
brevitate ex rebus, quarum in ejus dissertatione mentio fit, quam recte et acute  
etiam de ceteris, quae quamvis silentio praetermissa tamen tacita loquantur,  
judicari, facile colligi possit, hujus eximiae brevitatis imitatione non solum  
iis quae dictae sunt res sed ratione etiam quomodo dictae sunt disputatio-  
nem meam illius tactu coloratam quoddammodo esse ostendere conabor.

Vir praestantissimus, ut quomodo decem Iliadis libros priores ex diverso-  
rum poetarum diversis carminibus in unum conjunctos esse credat, ostendere  
possit, a primo libro exorsus vv. 348 — 429. et 493 — 611. unum efficere  
carmen dixit quod nec cum praecedente v. 1 — 348. nec cum eo carmine  
quod sibi 430 — 493. insertum habet bene cohaereat. Moraum in primis  
injecit v. 493.

*ἀλλ' ὅτε δὴ ῥ' ἐκ τοῦ δωδεκάτη γένητ' ἡώς:*

Hanc enim temporis definitionem quod, ut carmina nunc conjuncta habemus,  
referamus necesse est ad Ulixis in castra reditum, quoniam 475 — 77. noctem  
habemus interjacentem, dii si pridie ejus diei, quo Thetis cum filio collocuta  
est (v. 424.) ad Aethiopes abiissent, et ab Ulixis reditu duodecim ibi adhuc



dies (493.) commorati essent, omnino non duodecim ut Thetis 425. certio- rem facit Acillem sed quattuordecim ad minimum apud Aethiopes peregrinati essent. Verumenimvero, id quod ad primum rei intuitum credidi, virum doctissimum vocem illum ἐν τοῦ non satis accurate ad Ulixis reditum retulisse, quae ut ex toto definiatur se voluisse Homerus quinque versibus praecedentibus non obscure significavit, id ab ipso poeta confirmatum habeo. Luculentissimum enim exemplum lib. XXIV, v. 22 — 32. in medio proposuit, quo sine ulla dubitatione probatur, qua ratione nostrum etiam locum interpretari debeamus. Vix enim eam utriusque loci similitudinem fortuitam esse dixeris, qua et hic et illic versui ἀλλ' ὅτε voces praecedant, quas grammatici frequentativas vo- cant. Quae lib. I, 488 — 493. legis: Αὐτὰρ ὁ μῆνιε, οὔτε πωλέσκητο, ἀλλὰ φθινύθησκε, ποθέσκε iis respondent lib. XXIV, l. 1. Ὄς ἀείκλιζεν, τὸν δ' ἐλεάρεσκον, κλέψαι δ' ἄτρύνεσκον etc. cf. etiam praecedentia v. 12. sqq. Sicuti vero illic ver- sum ἀλλ' ὅτε δὴ ῥ' ἐν τοῦ δωδεκάτη γένητ' ἡώς nec ad postremos Achillis luctus, nec si ludos funebres insertos esse dicas, ad exsequias Patrocli referri potest, sed voce ἐν τοῦ eum diem significatum esse, quo Hector ab Achille interfectus est, et veteres interpretes et ipsa rei ex Homero expromta ratio docent. Col- latis enim lib. XXIII, 58 — 226. et lib. XXIV, 107. diem quo exsequiae Patrocli celebrati erant ab eo die quo Hector interfectus erat fuisse tertium, quibus tribus diebus novem illos postremo loco commemoratos additos duodecim omnino efficere apparet. Ante Patrocli nimirum sepulturam res a diis in contentionem vocari vix potuit, quia tum circum exanimem amicum raptatum esse Hectorem nondum superbiae nomine reprehendendum erat, sed ut signum animi ira et dolore exacerbati ab antiquis non improbatum, ne deos quidem ad questus effundendos permovisset. Quae cum ita sint, consimili ratione qua illic etiam nostrum locum in aperto est interpretandum esse in hanc fere sententiam: Post Ulixis ab insula Chrysa ad suos reditum descriptum poeta jam in eo erat ut Thetidis cum Jove colloquium enarraret, quod aptissime cum anteceden- tibus ita conjunxit, ut Achillem per omne id temporis spatium divinae paren- tis consilio paruisse diceret. In comperto enim id habendum est, vatem vv. 488 — 493. in memoriam revocare voluisse v. 421 — 422. Quod postquam fecit scitissime, nec ipsi poetae nec ejus auditori id temporis momentum in animo esse potest, quo rediit Ulixis, sed illud solum, quo consilia Achillis a matre accepit. Sicuti vero v. 488 — 493. id exprimere poeta videtur, si una compre- hendis sententia, Achilles matris dicto obedivit accuratissime, ita sine ulla offensione atque adeo cum solertia rerum conjungendarum quadam versu 493. Ἀλλ' ὅτε δὴ, ut promissi a dea v. 425. filio facti memores simus, effi- citur commodissime. Scio equidem, quanta spuriae originis suspicione locus lib. XXIV. modo commemoratus prematur, sed quamcunque ejus conditionem esse dicas, ad nostram sententiam comprobendam quam ma-

xime est idoneus. Ut enim ab interpolatore aliquo ad nostri loci similitudinem factus sit, illum ipsum interpolatorem loci interpretandi auctorem habemus antiquissimum.

Facere non possum, quin hic alium locum apponam, in quo et ipso haud dubie subditio multum tamen est momenti positum ad recte interpretandum eum locum, a quo rivulos suos duxisse interpolatorem apparet, Odys. dico lib. XVI, 409 — 447. quem quidem locum spuriae esse originis, qui accuratius animadverterit, facile consentiat. Copiosius hic de re agendum non est, ne longius a nostro consilio aberrare videamur. Id tantum monere licet, versusum 435 — 447. tot esse maculas tantamque vitiositatem, ut non imitationis Homericæ loco eos ponas, sed recordationis et memoriae exemplum potius habendos esse dicas. Etenim tenacius videmus menti et memoriae prohi h. l. artificis insedissee primum Iliadis librum. Nec mirum, haerere enim in animo solere maxime eas partes, a quibus rerum initium captum est, neminem, qui optimorum poetarum quotidianum usum et exercitationem benenorit, fugere potest. Quae verò ex Iliad. IX, 488. sq. ejus animo obversabantur, haud sine rudi quadam inscitia huc transtulisse putandus est. Quae enim necessitudo inter Achillem et Phoenicem rectissime intercedebat, ejus inter Ulixem et Eurymachum vix ullâ consentanea ratio. Sed quod est omnium inconsideratissimum, pessimus noster versusum undique ex Homero collatorum auctor ea Eurymachum enarrantem facit, quae illi, cum in occultissima balbutientis infantiae aetate latere debeant, in memoria esse non poterant, atque ea quae Phoenix in Iliade ad Achillis animum commovendum adhibuit aptissime, insipienter et contra recordationis et memoriae legem in sermonem Eurymachi transtulit. Jam inter hos versus habemus v. 437:

*οὐκ ἔσθ' οὗτος ἀνὴρ, οὐδ' ἔσσεται, οὐδὲ γένηται.*

Quem versusum ab eo, qui hunc locum confecit ex Od. VI, 201. ubi Nausicaa ancillas ne in fugam se vertant, his admonet verbis:

*οὐκ ἔσθ' οὗτος ἀνὴρ διεπὸς βροτός, οὐδὲ γένηται,  
ὅς κεν φαιήκων ἀνδρῶν ἐς γαίαν ἵκηται.*

huc translatum esse, nemo non pro comperto habebit. Jam vero quaeri oportet, qua re commotus ille vocem *διεπὸς βροτός* in *οὐδ' ἔσσεται* commutaverit. Cujus commutationis cum idonea causa inveniri non possit, si vocis *διεπὸς* vim eam esse consentias, quam et veteres et recentiores interpretes et lexicographi ad unum fere exprimant omnes, qui idem quod *udum* et inde translatum vividum illam significare arbitrati sunt; egregie ipsa hac commutatione Lehrsii sententia adjuvatur, qui singulari cum acumine in suo libro: *De Arist. stud. Hom. p. 56. sqq. διεπὸν βροτόν* prout loci conditio postularret, aut fugatorem aut fugacem significare hominem pervincit. Cujus utriusque significationis cum Eurymachi sermoni accomodata esset neutra, versus, qui ali-



aliquid habet, quo recordationi commendetur, ita mutandus erat, ut in ore Eurymachi etiam nihil haberet offensionis, cui rei commutatione *διεπὸς βροτῶς* in *οὐδ' ἔσσεται* sane satisfactum est. Quam rationem ipsum virum excellentissimum fugisse, intelligi potest ex iis, quae de hoc lib. XVI. loco in suo libro l. l. p. 60. disputavit. *Εἶναι* vero et *γενέσθαι* ita in unum conjuncta non magis offendunt, quam vox *πράφεν ἢδ' ἐγένοντο*, quae persaepe legitur, et alia innumera apud Homerum copiosioris dictionis exempla. Vim Conjunctivi in voce *οὐδὲ γένηται* tempus futurum sequentis Hermannus in dissertatione sua de partic. *ἀν* p. 80. (Opusc. Tom. IV.) subtilius quam verius definivit hisce: „Nam si explicatius vim conjunctivi declarari voles, haec erit, non esse expectandum, ut fuisse aliquem reperias. Videtur autem hoc quidem in loco *γένηται* sic dictum esse ut propriam aoristi significationem habeat.“ Collatis enim talibus locis quales sunt

Il. I. 262. *οὐ γὰρ πω τοίους ἴδον ἀνέρας, οὐδὲ ἴδωμαι.*

Il. II. 488. *πληθὺν δ' οὐκ ἂν ἐγὼ μυθήσομαι οὐδ' ἰνομήνω.*

Od. IV. 240. *πάντα μὲν οὐκ ἂν ἐγὼ μυθήσομαι οὐδ' ἰνομήνω.*

Od. XI. 328. *πάσας δ' οὐκ ἂν ἐγὼ μυθήσομαι οὐδ' ἰνομήνω. etc.*

nostro etiam loco conjunctivum futuri temporis vim habere facile consenties.

Attamen ut ad propositum revertar, jam id persuasum habeo, ex iis, quae supra dixi, id evinci, versum illum *Ἄλλ' ὅτε δὴ* justam causam, cur primi libri partes alio ordine atque nunc eas dispositas habemus redigamus, non praebere. Verumenimvero sunt alia, quae Lachmanni sententiam praecise affirmare videntur. Etenim v. 424. dii omnes crastino die ad Aethiopes abiisse narrantur, quocum quam maxime repugnare videtur, quod uno die post Minerva ab Junone ad animum Achillis mitigandum missa non ab Aethiopibus sed coelo venisse v. 95. et in Olympum montem ad alios deos revertisse v. 221. 222. dicitur. Neque minor ejus difficultatis est vis, qua rem Apollinis ad Aethiopes secessu obstructam videmus. Ille enim, quoad gravi pestilentia Graeci conflictantur, procul a navibus tela sua conjecit, quod ut facere posset, cum a cacumine montis eum descendisse et navibus propius accessisse poeta significaret v. 44. sq., ex poetae consilio missilia divina maria et montes trajecisse, ut ab Aethiopibus in castra Graecorum pervenirent, cogitare non licet. Quamquam eum victimis in insula Chrysa a Graecis mactatis placatum reconciliatumque esse sacerdotisque preces, ut jam pestem a Danais averteret, apud Aethiopes audivisse, vix ferri potest. Sic in Odyssea non Nestorem solum et Pylios Neptuno apud Aethiopes commoranti sacra in maris litore adhibere, sed ipsam deam Minervam prece eum adorare legimus, ut res fauste feliciterque Telemacho eveniant, cf. Odys. I, 22. III, 5. sq. 55. sq. V, v. 282. sqq. Quae quidem incommoda, quamvis gravissimo onere poetam.

premere videantur, ea tamen ad sententiam Lachmanni efficiendam idonea esse valde dubito. Concederem, si suspiciones difficultatesque ex illa sententia tollerentur. Quod cum ita non sit, aliter de his rebus judicandum esse atque Lachmannus iudicavit, pro comperto habendum esse puto. Etenim illo ipso carmine 348 — 429. et 493 — 611., quod Lachmannus a ceteris segregandum et alii poetæ tribuendum esse censet, legimus versus hosce

380. *χωόμενος δ' ὁ γέρον πάλιν ἔρχετο τοῦ δ' Ἀπόλλων  
ἐνζαμένου ἤκουσεν, ἐπεὶ μάλα οἱ φίλος ἦεν  
ἦκε δ' ἐπ' Ἀργείοισι κακὸν θέλος, οἱ δέ νυ λαοὶ  
θνήσκον ἐπασσύτεροι· τὰ δ' ἐπώχετο κῆλα θεοῦ  
πάντη ἀνὰ στρατὸν εὐρὺν Ἀχαιῶν· ἄμμι δὲ μάντις  
εὐ εἰδὼς ἀγόρευε θεοπροπίας Ἐκάτοιο.*

Jamne cum poetam qui hos condidit versus Apollinem in Danaos tela conjicientem tam facile desiderare posse dicamus, ut ejus secessum ad Aethiopes minus moleste ferre posse videatur, quam antecedentis carminis conditor, an eandem prorsus esse repugnantiam, si qua est, censebimus, sive primi carminis auctori hoc alterum abjudicare sive attribuire velis. Nempe maculam delivisse videri non debet is, qui quam hinc eluerat illuc adpersit, neque quidquam profecimus, si incommodum, a quo unum liberavimus, afferimus alteri, qui ob parem virtutem praestantiamque, ut salvus sit, non minori curae nobis esse debet. Poetam vero has omnes res non ut jam praeteritas sed illud temporis momentum effinxisse, quo pestis a Danais aversa nondum erat, manifestum est ex vv. 389. 390.

*τὴν μὲν γὰρ σὺν νῆϊ θεῆ ἑλίκωπες Ἀχαιοὶ  
εἰς Χρῦσῃν πέμπουσιν, ἄγουσι δὲ δῶρα ἄνακτι.*

Nec multo aliter res se habet, si Minervam spectas coelo demissam et in Olympum reversam esse. Quidquid rei enim est, haeret fere eadem non minus tenaciter, sive in duo carmina duosque poetas eam divides, sive ad unum eundemque eam referri dicas. Quomodo enim alterius carminis vati, qui sua non solum adeo primo carmini adaptavit, ut sine eo constare vix possent, et multis illius carminis versibus repetendis, quam bene in memoria illud haberet ostendit, sed convicia etiam et iras Agamemnonis leviter tangit versu

*Ἀτρεΐωνα δ' ἔπειτα χόλος λάβεν etc.*

ex animo excidisse potuit, rixas illas et convicia jamjam in caedem exardescencia divino intercurso sedata esse? Sic carmine diviso offensionem quam dividendo sublevatam esse velis, non sublevatam, sed ab uno ad alterum translata esse in aperto est. Quid? num tu, si idem utrumque carmen sed aliquo temporis spatio interjecto fecisset, uno enim tenore tanta carmina



confici vix possunt, rem minus commode cedere diceres, quam si duos adhiberes poëtas, quorum tamen posterior se tanto in usu habere prioris poëtae carmen ostendit, ut si inceptum ab illo tenorem peragere voluisset, eadem in eo reprehendenda essent, quae etiam illi vitio duci debuissent, si ipse inceptum peregisset. At vero, quum ad veram talium rerum conditionem perveniri non posse credam, nisi majore quodam circuitu facto, nec ullam sententiam satis stabilem et certam in hac disputationis Homericæ parte esse posse persuasum habeam, nisi illa in ipsa poëseos epicæ lege, qualem ipse Homerus doceat, nitatur, hanc legem primum accuratius investigemus necesse est, priusquam quid de his rebus sentiendum sit dicamus. Nunc id monere satis habeo, etiam hanc rem inter eas numerandam esse, de quibus quomodo judicare deceat vir veræ modestiæ laude clarissimus nos docuit, cum morem homericum sibi ex ipso Homero adhuc discendum esse plus semel dixerit. Jam ad sequentia transituro unum exemplum afferre licet vocis ἀπηύρα medio versu positæ Od. IV, 646.

ἢ σε βίη ἀέκοντος ἀπηύρα νῆα μέλαιναν.

ubi eadem ratione qua nostro loco 430 in diaereseos quam vocant metrici loco positam eam esse videmus. Alium locum praeter hunc et versus finem syllabarum mensura non permittit, quo factum esse potest, ut omnino nisi in versuum fine raro occurrat.

Quae vir praestantissimus singulari cum subtilitate et elegantia de libro II. proposuit, omnes fere veritatis numeros habere facile consentias, quamvis ex iis vix intelligi possit, quare Agamemno in concione somnii, quod nocte praecedente ad animos excitandos vidit maxime idoneum, nullam omnino mentionem faciat. Libro vero tertio et quarto nimis late patere Lachmanni suspensiones ex ipso Homero probari posse pro comperto habeo. Sublevantur enim vitia omnia e medio sublatis III, 104. Γῆ τε καὶ Ἥελίω Διὶ δ' ἡμεῖς οἴσομεν ἄλλον et ejusdem libri 118 — 120. 146 — 245. et IV, 159. si dexteram datas hic commemorari moleste feras, quod eorum lib. III. nulla mentio sit, quamvis aut nullam aut levissimam hanc esse maculam putaverim. Quod enim dixit vir praestantissimus versum 449. Ἀτρεΐδην δ' ἀν' ὄμιλον ἐφοίτα θηρὶ εἰσκάως etc. continuo accedere debere ad versus 379 — 383.

αὐτὰρ ὁ ἀψ' ἐπόρουσε κατακτάμεναι μενεάϊων  
ἔγχεϊ χαλκείῳ τὸν δ' ἐξήρπαξ' Ἀφροδίτη  
ῥεῖτα μάλ' ὥστε θεὸς, ἐξάλυψε δ' ἀρ' ἠέρι πολλῇ  
καὶ δ' εἶσ' ἐν θαλάμῳ εὐώδει κηώντι.

ne loci concentus turbetur, id ab ipso Homero nisi maxime fallor refellitur. Ecce enim aliud simillimum exemplum lib. V, 346. sqq. Nonne si Lachmanni rationem sequimur, etiam hic v. 344 — 347.

καὶ τὸν μὲν μετὰ χερσὶν ἐρύσσατο Φοῖβος Ἀπόλλων  
κινανὴν νεφέλῃ, μή τις Δαναῶν ταχυπόλων  
χαλκὸν ἐνὶ στήθεσσι βαλὼν ἐκ θυμὸν ἔλοιτο

conjungendi sunt cum 432 — 433. sq.

Αἰνεία δ' ἐπόρουσε βοῆν ἀγαθὸς Διομήδης  
γιγνώσκων, ὅ οἱ αὐτὸς ὑπέερχε χεῖρας Ἀπόλλων.

Jam quaero, utrum etiam hic e medio tollendos esse versus iucundissimos ad locum distinguendum et quasi amoenissimis floribus conspergendum aptissimos 317 — 430. dicas, an cavendum nobis esse, ne nostram opinionem in his rebus judicandis sequamur, quamvis sicut haec Lachmanniana omni subtilitatis et elegantiae praesidio firmata sit, etiam hic nos edoceri censeas sicut per multis aliis, quae in Homero occurrunt rebus. Subjecta scilicet esse debet his sententiis accurata quaedam et ex ipso Homero expromta scientia, qua epicae poëseos lex tota comprehendatur necesse est. Epicae enim poëseos vi et natura singula quaeque definiri et id quidem proprio quodam usu, non univēse faciendum esse, quis est, qui negaverit?

Jam vero sicut poëtam Helenae carminis certam partem dedisse nihil habet quod offendat, ita ne Priamum quidem foederis jungendi testem et auspicem adhiberi quidquam habet offensionis. Quare ex consilio carminis uterque rebus enarrandis iunisceatur necesse esse videatur, infra ostendam. Etenim ex nostra sententia praecones ab Hectore missi Priamo non ad portam sedenti vel ex alta turri in campum et aciem conspicienti et cum Helena sermonem de Graecorum ducibus referenti occurrunt, sed ex domo sua cum exciverunt, quod ita fuisse cum per se ipsum probabile sit, breviter tantum et hoc uno versu ὄτρυνεν δὲ γέροντα παριστάμενος ἐπέεσσιν (249) significari a poëta satis erat. Versus etiam 259 — 264. hac ratione omnibus incommodis liberari, quibus eos affectos esse Lachmannus recte animadvertit, neminem fugere potest. Neque jam ea ratio expeditissima non est, quae ad victimas et ad eas partes spectat, quae regi utrique Agamemnoni et Priamo in foedere jungendo suscipiendae erant. Ut pari fere uterque in sacro faciendo fungatur munere, victimas, quae afferuntur a Priamo, Agamemnonis dextra cecidit. Ex versu vero 105, ubi Menelaus Priamum arcessi jubet, ὄφρ' ὄρκια τάμνη αὐτὸς, non majore cum probabilitate ab ipso Priamo victimam caedi debere erui potest, quae Lachmanni est sententia, quam ex versu 13. οἱ δ' ἄλλοι φιλότῃτα καὶ ὄρκια πιστὰ ταμόντες omnes omnino Graecos et Trojanos operam suam in victima caedenda adhibituros esse, credi potest. ὄρκια τάμνειν sicut a Romanis foedus icere is dicitur, cujus consilio et auctoritate foedus ictum est vel potius omnes, qui foedere juncto obligati tenentur,



quippe vocem ὄρκια non tam hostias quam foedus significare verbi conjunctio cum πατεῖν, ψεύδεσθαι, multis aliis hujusmodi manifesto ostendit. Ex voce autem αὐτός ad ὄφρ' ὄρκια τάμνη addita nihi ultra cogi potest, nisi Menelaum foedus inscio Priamo junctum repudiasset. Rem enim gravissimam in juvenili et ad omnem spei auram mobile ingenio niti noluit quapropter ut ipse Priamus adveniat requisivit. Jam eas hostias, quas Priamus adduxit, ab Agamemnone caesas aptissime conjunctiores voluntates et arctius foederis vinculum significare recte interpretamur, nec mirum esse potest, quod Priamus cum solemnibus peractis jam in eo sit, ut in urbem revertat, victimas etiam in curru impositas secum duxerit. Tum etiam hoc vere mihi dicturus esse videor, hac nostra sententia multo facilius apparere, quomodo factum sit, ut versus illi, quos adulterinos esse diximus, inserti sint. V, 104. ἐπέξηγήσεως prae se ferre speciem si cum antecedente comparaveris non negabis. Interpolator enim, quam causam nigrae etiam ovis requisitae ex v. 277 — 280. recte sibi videre visus est, eam interpretis munere functus versu addito expressit. Cum vero versus explendus esset, idem locus v. 267. sq. qui illud additamentum attulit, interpretem etiam, ut verbis Δὲ δ' ἡμεῖς αἴσομεν ἄλλον adjectis totum efficeret versum, perducere potuit. Non enim ipsius poetae consilium persecutus est qui Jovi et Apollini supernis numinibus alba, nigra vero ceteris, qui inferna sunt numina, mactari voluit, sed singulas diis hostias mactandas esse putavit. Qua tamen ratione et fluviorum numina et Plutonium cum Proserpina (καὶ οἱ ὑπέεργθε καμώντας ἀνθρώπους τόνουθον) eodem loco testes invocati omnes honorum partis expertes relinqui, incuriose habitum est ab interprete parum sagace. Sic ipsis versibus 276. sqq. v. 104. ab interpolatore aliquo insertum esse haud obscure significari videtur. Jam vero hoc versu inserto v. 118 — 120. desiderari non possunt. Ad locum vero 146 — 245. inserendum idoneam haud dubie causam praebuit, opportuna colloquii occasio. Quam enim largiorem facultatem ad locum inserendum interpolatori cupide quaerenti poeta dare potuit, quam Helenam tam diu tacitam in turri commorantem, neque quisquam melius ad hos sermones referendos adhiberi potuit quam Priamus et senes ejus comites, qui ab ipso poeta offerri ad hanc rem videri poterant. Quam male vero omnia facta sint, Lachmannus recte animadvertit. Excellentissimi enim carminis hanc unam partem virtute HomERICA et indignam et multo inferiorem esse, qui singula attente consideraverit pro competitis habebit. Quodsi rem hoc modo explanaveris, jam non est, quod cum Lachmanno libri quarti argumentum primum, enarrationem dico quomodo foedus ruptum sit a Trojanis, in omisum aliquod carmen potius quam ad ea, quae nunc tertio Iliadis libro continentur, referendum esse dicamus, quod nimis audacem esse conjecturam facile apparet. Quid, quod ne id quidem sine probabilitate quadam proferemus, hanc nostram rationem egregie adjuvari

videri, quod omnia quae a lib. III. initio usque ad lib. IV. 220. enarrata sunt, ad unum propositum spectare credam. Quid enim? Menelai et Paridis certamen, ex cuius evento jam omnia pendent, cui etiam Helena stirps illa atque semen omnium malorum testis adhibetur, ita ut uno conspectu positos habeamus tres illos homines omnium quasi incendiorum faces, deinde eadem illa dea, quae olim Lacedaemone pietatis hospitalis laesae ut gravissimae a Paride illatae injuriae administram et comitem se praestitit, etiam hic, ne certaminis exitu res in antiquum statum restituatur, sola intercedens, tum adulterii scelus quoddammodo renovatum, Helena enim, quae tam manifesta poenitentis dederat signa, cum victoria a Menelao reportata tam factae pactionis vi quam sua sponte et voluntate ad pristinum et legitimum maritum animo quoddammodo reverterit divina auctoritate invita et coacta in novos Paridis complexus abripitur, Agamemnonis denique frustra Helenam exposcens et Trojani deorum consilio ad perjurium compulsi et sequi quoddammodo coacti quo fata trahunt, nonne haec omnia poëtam omnes iras et injurias, ex quibus Trojanum bellum exardescerat, non tam memoria hic repetere quam in speculo quodam adspiciendas proposuisse luculenter ostendunt? Quae res in pugnarum introitu positae nonne id efficere videntur, ut breve temporis spatium, quo res in Iliade enarratae continentur, quod quidem pro carminis magnificentia et gravitate nimis breve esse dixeris, callidissimo artificio in majus proferatur augeturque. Quantopere vero consensum rerum tam pulchre copulatarum divellas et dignitatis quoddammodo florem in poëmate infringas, si aut Helenam aut Priamum demas, quod per se ipsum intelligitur, dicere non est necessarium. —

Jam vero, quoniam nec quam late si totam Iliadem spectas hoc artificium et quae similia apud poëtam inveniuntur pateant nec quae praecepta epica ex talibus rebus eruenda sint, accurate cognosci potest, nisi ex altiore rem petamus et e conspectu totius, quid de singulis statuendum sit, judicemus, disputatio jam eo transferenda esse videtur, unde ex iis, quae communia sunt carminibus Homeri omnibus et ad omnes omnino poëseos Homericæ partes referenda videantur, non solum propria singulorum carminum vis perspiciatur sed etiam quomodo singula inter se conjungi vel disjungi debeant manifestum appareat. Quae disputationis ratio jam nunc eo magis nobis incunda est, quod ne haec quidem quaestio de sententia Lachmanniana inchoata ad exitum adduci posse nobis videtur, nisi generatim antea atque universe de quibusdam Homericis loquamur. Sicut enim in superioribus hac ratione commoti, omnisimul multa, ita etiam in sequentibus sunt nonnulla de quibus quid sentiam vix dicere possum, nisi quae ipse Homerus de communi carminum suorum natura doceat proposuerim. Itaque in eam disputationis partem transeamus, qua quid



ex ipsis Homeri carminibus de scripturae in Homericæ aetate usu erui posse videatur in medio proponamus. —

Jam primum omnium tenendum esse contendo, etiam in hac re inquirenda Homerum ducem sequi nos debere, cum ille tantum lucis rei afferat, quantum de origine carminum recte judicandum suppetat. Quantis enim et quam vix expediendis difficultatibus rem afficias, si eam ex solis a veteribus de hac re in medio positis testimoniis et conjecturis in suspensio habitis dijudicare velis, neminem fugere potest, qui vel ea tantum curiose comparaverit, quae Wolfius in prolegomenis et Nitzschius contra in ejus libro quem de historia Homeri scripsit, de re difficillima disputaverint. Jam apud Nitzschium id maxime mireris, quod cum ad argumenta Wolfiana refutanda studium contulerit acerrimum, id fere solum quod Wolfius ad sententiam suam comprobendam ex ipso Homero attulit, silentio praeterierit. Et ipse Kreuserus in libro suo *Vorfragen* p. 185. sq. leviter tantum et ne leviter quidem rem tangit. Hic enim locum quidem illum in Iliade l. VI. 166 — 180. Minerva et Musis invitae scripturae mentionem facere pervincere conatus est (*Vorfragen* p. 198. sq.) atque argumentum illud pertenuè a Telemachi itinere ductum cf. Wolf. prolegg. p. 90. recte refutavit (*Vorfragen* p. 136.) Quamquam acerbe et ridicule dixit de re, quae levioris momenti nec ab ipso Wolfio eo loco posita est ut tanta disputationis contentione digna videatur. Quisquis accurate, qua ratione ille in prolegg. locus cum antecedentibus conjunctus sit, consideraverit, is intelliget eum inter eas sententias numerandum esse, quae re prospere ad exitum perducta, gravioribus et primariis argumentis velut animi causa adjici soleant, et quoniam improvidenti saepe et invito animo excidunt in disputationem vocari non debeant. Kreuserus vero dum leviora irridendo refellit, gravissima silentio praetermisit. At vero, cum et ipse Nitzschius, qui rem multo majore cum diligentia et cura tractavit, non omittenda omiserit, silentii causa ex eo profecta esse videtur, quod ipse Wolfius non solum summatim tantum et brevi illa ex ipso Homero ducta argumenta exposuit, sed etiam ut potiora disputationis momenta in aliis posuisse, ita de his cum diffidentiae ejusdem specie egisse videtur. Cf. quae de hac re disputavit vir summus prolegg. p. 79. sqq.

Quod tamen virum excellentissimum sine justa causa fecisse tum demum apparebit, cum scribendi artem inter eas res, quae ut ait apud Homerum non inveniuntur, quamvis cognitae illas eum habuisse aliunde constet, numerari non posse ostenderimus. Nimirum Wolfius alia eaque multo graviora sibi habere visus est sententiae suae argumenta. Quo factum est, ut si minus hoc ex ipso Homero ducto argumento carere se posse putavit, at multo pluris aliunde petita ideo faciendae esse viderentur, quod latius patebant, quippe quae ad

Homericorum carminum vicissitudines usque ad Solonis Pisistratiquae tempora illustrandas idonea habenda essent. At vero ut nunc res est, doctorum virorum acerrimum in hac re veri inveniendi studium rem eo perduxit, ut pleraque illa a Wolfio serioris illius apud Graecos scripturae usus allata argumenta aut omnino labefactata aut adeo in dubium vocata sint, ut quaestionum tam gravium fundamenta jam esse non possint. Quodsi solum Homerum in hac controversia testem adhibeamus, in angustiores quidem fines rem redactam habebimus, sed parvo contentum esse juvat, ubi majora consequi non licet nisi sub lite posita, quam obtineas an amittas non solum in incerto est, sed cujus natura ita etiam comparata est, ut vix componi posse videatur. Neque hoc quidem in levi habendum est, quod, cum et Wolfianos et eorum adversarios non tam opinionibus suis veterum scriptorum locos tanquam firma praesidia oblatos quam illas his vi inculcatas habere, facile ostenderimus, nostra quam jam dicturi sumus sententia planissimam locorum interpretandorum sequitur rationem.

Mirum esse jam supra diximus quod, cum Wolfii adversarii ea argumenta, quae ille ad sententiam suam comprobendam attulit refutanda sibi proposuissent, id solum quod ab illo ex ipso Homero adhibitum est ad persuadendum accommodatissime ab iis silentio praetermissum est. Jam nos eorum loco respondeamus, quod unum responderi potest, Homerum scilicet in carminibus non sui temporis morem et consuetudinem respexisse, sed quoniam eam aetatem, quam carminibus exprimendam sibi proposuisset, arte scriptoria prorsus caruisse cognitum haberet, ab omni literarum commemoratione abstinuisse. Hanc fere Nitzschii sententiam fuisse conjicias, si animadvertas quale sit id, quod vir praestantissimus ad Od. V, 371. disputaverit. Cui rationi quam vehementer ipse Homerus repugnet, neminem esse quin intelligat credo. Quid enim, num quem fugere posse credis, vatem in aetate, quam carminibus expressit, exornanda suae ipsius aetatis nitidiorem cultum quasi exemplar ante oculos positum habuisse. Quod eum non solum in rebus singulis ut in aedificiis et rebus domesticis describendis, in epulis et dapibus apparandis, in commercio et rei navalis usu, in auguriis agendis, in multis aliis fecisse manifestissima docent exempla, sed omnem omnino vitae cultum et usum ab aequalibus ad homines qui duobus fere saeculis ante vivebant transtulisse, luce clarius est. Quid, quem poetam, ut divitias, mollitiem, luxuriam, quam ipse videbat, sine quadam offensionis specie ad tempora Trojanum bellum subsequenter transferret, Menelaum in erroribus inter ditissimos Phoenices et Aegyptios divitias colligentem fecisse haud immerito conjicias, in cujus arte id recte mireris quod, ne laetissimam copiam et serenissima gaudia aequalium suorum iis accomodaret, qui nuper maximis periculis et miseriis perfuncti

redu-



reduces facti essent, illas res egregia cum artis subtilitate in Phaeaces diis quam hominibus propiores et belli illius acerbissimi expertes transtulit, eumne dicas a scriptura literisque commemorandis se continuisse, si ullum jam scribendi usum vidisset? Nonne multo ante quam poëta scripturam vel etiam memoriae tantum administram in tantis carminibus faciendis adhibere potuisset, adhibita jam esse debuit ad monumenta publica exornanda, ad cippos et sepulchra notis incidenda, ad literas dandas, ad mercaturam habendam, ad alias hujusmodi res? Ut enim Nitzschio concedamus, qui peregre advectae artis usum privatum publicum praevertisse opinatus est (De hist. Hom. p. 50. c. XIV.), concedi tamen ulterius non potest, nisi quatenus res ad commercia spectat. Ut enim carmina literis mandari possent, peregrinae notae patriis sonis aptandae erant et aliunde illatum institutum ut Graecorum linguae diversae indoli satisfaceret multis modis commutando praeparari debuit, id quod nisi publico negotio fieri non potuit. Privati enim si facere conati essent, tot literarum genera quot capita exstitissent. Quod si recte contendimus, literarum etiam publicus usus scripturae in carmina condenda adhibitae praecedere debuit. Quidquid enim publici operis et muneris apud perniciosissimam gentem invenitur, ejus etiam publice aliquem usum factum esse constat. Quodsi poëta hunc usum novisset, si monumentorum publicorum, quorum omnis Graecia inde ab antiquissimis temporibus varia copia abundabat, inscriptiones animo et oculis observatae essent, num credibile est, eum tot scripturae memorandae occasiones oblatas repudiasset? Nonne tum poëtae negligentiam reprehendas, quod Achivos, cum tumulum illum in defunctorum honorem induciis factis in peregrina terra condidissent, literarum eum inscriptione *ὡς καὶ ἐσσομένοισι πυθέσθαι* exornantes non fecit? Quid ad caritatem, qua Achilles et Patroclus inter se conjuncti erant exprimendam significantius quam duorum amicorum nomina in urna illa aurea, qua utriusque cineres consociandi erant, literis exsculpta? Nec in foedere, quo certamen a Menelao cum Paride initum nititur, scripti commemoratio ulla, nec epistolae Jasonidae Eunei mentio fit ad Atridas datae (Il. lib. VII, fin.) quamvis illis pro arctiore familiaritatis vinculo dixeris se junctim a ceteris certum vini modum (*χίλια μέτρα*) dono mitteret. Quidni Nestorem, cum artificem arcessitum mactandi tauri cornua auro circumdare juberet, etiam deae in cujus honorem factum est nomen auro expressum addendum curasse legimus? Quae eadem dea cum ejus diei pridie Pyliorum epulas ad maris litus celebratas relictura, Nestori ut remaneret instanti se ad Caucones abire velle, ubi sibi magnus aeris numerus jam diu deberetur, responderet, nonne eam tabellas aeris alieni signatas protulisse aut certe commemorasse censemus, si quem in commerciis literarum usum poëta novisset? Elpenori justa precibus ab Ulixē exposcenti his verbis (Od. XI, 75. sq.)

*σῆμά τε μοι χεῖραι, πολίης ἐπὶ θινὶ θαλάσσης*

*ἀνδρὸς δυστήνοιο καὶ ἐσσομένοισι πῦθέσθαι.*

ad memoriam suam in peregrina terra conservandam nihil efficacius videri potuit, quam si *σῆμα* illud nominis sui et factorum brevi memoria exornaretur, quod poëta non neglexisset, si sepulchra ita exornata vidisset. Consimilis est ratio ejus tumuli, quem Menelaus in terra Aegyptiorum condidit, cum primum a Proteo fratris Agamemnonis turpissimam necem cognovit (Ody. IV, 584.) Permultae in utraque poësi occurrunt res, quas variis imaginibus notisque insignitas fuisse legimus neque poëtam, si literarum usum novisset, praeterire potuit, eas etiam literarum quibusdam inscriptionibus aptissime exornandas fuisse. Quod si ad Diomedis et Achillis a Vulcano factos clipeos non pertinere putes, quippe scriptura humana ab opera divina aliena esset, causa tamen cur illa etiam absit in thorace illo a Cinyra Cyprio Agamemnoni dono dato et in ejusdem ducis clipeo et ipso egregia cum arte laborato idonea vix inveniri potest. Nec ubi maxime exspectes in pateris et poculis peregre advectis et hospitibus dono datis literarum exornamenti ulla invenitur mentio. Quin etiam, ut non credibile illud credamus, Homerum in omnibus his rebus a scripturae commemoratione abstinuisse, quod illa aetate scriptum nondum esset et scripturam posteriore demum tempore Graecis allatam esse fama accepit, nonne tum etiam id cognitum eum habuisse censemus artis scribendi auctores Graecis Phōnices factos esse, apud quos multo superioribus jam temporibus in usu fuisset? Quodsi ita fuisset, etiam is qui Homerum primis tantum labris attigerit concedet, poëtam, ubi ipsorum Phoenicum et suppellectilium ab iis advectarum mentionem faciat, jucundissime suae et illius aetatis in hac re discrepantiam significaturum fuisse. Illis enim locis literarum commemoratione facta novi incepti originem erudite et eleganter in auditorum memoriam revocasset. Quae cum ita sint, si minus iis locis, ubi a poëta mercatorum Phoenicum astutiae et consilia enarrantur, scripturam iis usitatam commemorasset, at certe pepla illa, quae a Sidoniis mulieribus confecta sunt (Il. VI, 281. sqq.) purpureas aut aureas literarum notas intextas habuissent vel crateram illam egregia cum arte caelatam, quam Menelaus a rege Sidoniorum acceptam Telemacho dono dedit, poëta inscriptione etiam exornare non neglexisset.

Quid quod etiam hoc vere mihi dicturus videor, ipsam fabulam, quam Homerus carminibus suis expressit, scripturam Homericam etiam aetati ignotam fuisse docere. Sicut enim omnes omnino antiquitatis res ita etiam fabulam cum apud Graecos cursum tenere videmus, ut pro temporum necessitudinibus immutata sit. Neque etiam aliter fieri potuisse eum fugere non potest, qui penitus ex intima Graecorum indole eorum etiam artium et literarum cognitionem hauriret. Quam a majoribus acceperant et ad posteros tradiderant fabulam,



ea apud politissimam gentem ab animi altitudine et cognitione, qua omnia comprehendebat, omnino sejuncta non erat. Totius igitur altioris culturae progressus non tam ad fabulae materiam, in qua omnis pot̄sis versatur, exprimendam et effingendam redundasse dicas, quam tam arcte utrumque inter se conjunctum fuisse, ut ejusdem quoddammodo corporis membra invicem se illustrent definiantque. Jam, ne obscurius locutus esse videar, exemplo quod dico exprimam. Apud ipsum Homerum nec Junonis in Trojanos saevitia ex injuria aliqua ipsi deae allata, nec Veneris erga Trojanos benevolentia ex singulari aliquo officio munereque in eam collato proficiscitur, sed omnia apud eum ad vetustissimas deorum sedes primariasque de numinibus eorum informationes referenda esse apparet, quod utrumque tam conjuncte inter se cohaeret, ut utrum ad alterum adductum sit, vix discernas. Apollinem, quem a parte Trojanorum stantem fecit poëta, Scyllam, Chrysam, Smintham oppida ad oram Trojanam sita sedes habuisse jam ineunte Iliade narratur cf. C. O. Müller Die Dorier p. 218. Consimili ratione causa etiam auxilii Graecis a Junone lati adhibetur versibus Il. IV, 51. sqq.

ἦτοι ἐμοὶ τρεῖς μὲν πολὺ φίλταταί εἰσι πόλεις  
 Ἄργος τε Σπάρτη τε καὶ εὐρυάργια Μυκῆνη

Junonem scilicet terrae quasi almam nutricem Argivi adorabant, in cujus fide tutelaque amor etiam conjugalis positus erat. cf. C. O. Müller: Prlegg. zu einer wiss. Myth. Unth. p. 358. Sic etiam Venus in Helena rapienda adjuvatrix Il. III, 64. sqq. V, 422. ad cultum illum *ἱεροδοσίω* revocanda esse videtur, quem cultum cum ipsius Veneris informatione ex Asia in Graeciam profectum esse C. O. Mueller in libro suo die Dorier p. 405. ostendit. Sic in Iliade omnia ad eam rationem referri vides, quae ex universa deorum natura et ex antecepta quadam de iis opinione profecta est. Quod vero ad ipsos deos privatim quoddammodo adtineat, nec ulla insignis injuria nec praeclarum ullum officium eos pepulit.

Posteriore vero tempore, cum propria deorum origo e memoria jam evanescere coepisset et numina divina a finitioribus notionibus, quibus apud unam pot̄tissimum gentem celebrantur, ad latiore et infinitam fere intelligentiam, qua pari apud omnes populos honore habebantur, revocata essent, praeter injurias aut officia ipsis diis privatim illata irae et favoris causae adferri poterant nullae. Quod in Cyclicorum aetate jam ita fuisse ex argumentis carminum nobis relictis intelligi potest. Sic Cypriorum carminum auctor spretam a Paride formam in Junonis et Minervae numinibus odij et formositatis palmam datam in Venere favoris causas erga Trojanos factas esse aut finxit aut fama accepit. Sunt etiam alia, quae et apud eundem Cypriorum poëtam et in carmi-

nibus quae νόστοι vocabantur ad eandem conditionem referri possint. (V. Photii Biblioth. cod. 239. p. 318. sqq. Bekk.) Cujus rei, cum ab Iliadis poeta prorsus est aliena, in Odyssea plura jam extant vestigia, haud sane negligenda senioris originis indicia. Neque enim solum Neptuni in Ulixem irae aperte haec indicant, sed significatum etiam est Od. III, 135 — 145. et ex isto Minervae cum Ulixee colloquio Od. XIV, 330. sqq. talia redolent. Qua vero fabularum commutatione sicut numina divina a finito quodam et arcano sensu ad communem et infinitam conditionem transibant, ita etiam non dico eorum majestatem et vim infractam attamen interius aliquid esse, quod in iis debilitatum imminutumque esse, nemo non sentiet. His vero in pejorem partem versis et mutatis opinionibus quae de divinis rebus effectae sunt, quasdam etiam in humanis rebus tam ad artes quam ad mores spectantes commutationes respondisse, ex iis intelligi potest, quae nobis de carminum cyclicorum ratione et de humanis cyclicae aetatis moribus ab antiquis tradita sunt. Quem enim in carmine heroico actionum quendam concentum admiramur, eum apud Cyclicos adeo jam dissolutum et divulsum fuisse accepimus, ut lectores vel auditores rerum narratarum magis copia quam ingenuae artis legibus erudite adhibitis delectarentur. Quod verum esse tam illorum carminum relicta argumenta aperte docent et acerrimi antiquitatis iudicis testimonio confirmatur, (cf. Aristot. poet. c. 23. et Proclum ap. Phot. Bibil. c. 239. καὶ σπουδάζεται τοῖς πολλοῖς (τὰ τοῦ κύκλου ποιήματα) οὐχ. οὕτω διὰ τὴν ἀρετὴν ὡς διὰ τὴν ἀκολουθίαν τῶν ἐν αὐτῷ πραγμάτων.) Jones vero jam multo ante Cyclicorum tempora inde ab Olympiade prima animorum vim et vigorem a salutis libertatisque publicae acerrimo studio ad solutiores motus et ad illam cupiditatum infinitam vim quae in voluptatibus et luxuria posita est convertisse, ipsi antiqui nobis tradiderunt. Habemus hujus rei testem Calinum apud Stobaeum cf. Wachsmuth Hellenische Alterthumskunde V. I. p. 67.

Sicuti vero hoc exemplo probatum est variam et diversam fabularum rationem in varia et mutabili temporum conditione versari, idem etiam omnium omnino temporum manifestissima docent exempla. Quanta hujus rei copia a poetis tragicis facta sit, hic commemorare omittimus, ne longius a consilio aberrare videamur. Id enim luce clarius est, ad eandem legem fabulam etiam inde a temporibus Trojani belli usque ad Homericam aetatem formatam et propagatam fuisse. Quod si vere contendere videmur, ne id quidem cuiquam dubium esse potest, quin spatio, quod ad minimum duo continebat saecula eaque commotissima, et tam ad omnium rerum statum commutandum, quam ad nova instituta introducenda aptissima inter Trojanum bellum et Homericam aetatem interjecto, Homerum artis suae materiam accepisse longe dissimilem et diversam ab illa, quae ducentis annis ante, etiamdum proxima a sua origine



in vulgari hominum consuetudine versabatur. Accedit ad hanc diversarum aetatum varietatem in fabulis effingendis ipsorum poëtarum liberum arbitrium. Neque enim gens illa omni laude felicior ullum alium recti interpretem agnovit, nisi pulchri venustique sensum, quo egregie imbuta erat et quo fretis sua ipsorum judicia in rebus eligendis confirmandisque poëtis sequi licebat. Jam in hac tanta rerum ingeniorumque mobilitate, nonne illa inter suam et Trojanam aetatem distinguendi ratio a natura et indole gentis pariter atque a poëtae ingenio alienum esse censebimus, qui ut illam distinctionem non repudiasset, adhibere tamen non potuisset, quia in ipsa fabula scripturae vestigia haud dubie ubique ei apparuissent. Jam, sicut apud Sophoclem Herculem dei ambigua de ejus fato responsa Deianirae scripto consignata relinquere legimus, ita etiam Achillem verba sibi datae sortis et ipsius ambiguae scripta secum habuisse Homerus enarrasset. Neque etiam Telemachus famula usus esset, ut matrem de suo itinere certiores faceret, sed quo accuratius consilia consiliorumque causas proponere posset, epistolam ad matrem scriptam domi reliquisset, et Penelope ea quae Ulixes carissimum sibi domicilium invitus relicturus de rebus domesticis gravissima ei dedit mandata Od. XVIII, 259. sqq. scripta etiam proferret. Sunt etiam permulta alia in utraque poësi, quae huc spectant, quae commemorare omittimus, quoniam nemo est quin ipse inveniat. Hic addere id tantum licet, illum ipsum Iliadis locum de Bellerophonte quo inprimis argumentum scripturae apud Homerum commemoratae niti solet, hujus rei contrarium haud obscure innuere videri. Negari enim vix potest, loco aliquid obscuritatis inesse nec immerito mireris, quod poëta, qui tam dilucide et perspicue res exponere solet, ut ante oculos tibi positas credas, ne unum quidem verbum addidit, quo qualis ille πῖναξ πτυκτός fuisset qualiaque illa σήματα ostenderet, quod sane facturus fuisse censendus est, si a sua aetate alienam et ex vetustae aetatis memoria repetitam rem proposuisset. Cum verò rem exprimeret etiam a suis aequalibus quotidiano usu tritam et ob id ipsum omnibus etiam notam, eam clariore luce facile carere posse recte arbitratus est. Quodsi ipsis Homeri aequalibus nullam aliam facultatem, ut sibi invicem ex longinquo consilia communicarent, datam esse nisi ea, quae poëta Proeto attribuit, dicamus, etiam id constare debet, illos literarum adminiculo adhuc caruisse. Attamen utcumque haec res se habet, ex iis, quae supra disputavimus constare debet, scripturam nec iis rebus adnumerari posse, quae poëtae cognitae erant, quamvis apud eum non inveniantur, nec ab Homero propterea commemoratam non esse, quod morem ejus aetatis, quam carminibus suis expressit, imitandum sibi proposuerit, sed silentium altissimum poëtae luculentum rei ignoratae testimonium esse, ita ut fieri etiam non potuerit, ut ipse poëta carmina quae fudit scripto etiam consignaret.

At vero, quamvis in hac re cum Wolfio consentiendum esse putaverim, in ceteris tamen clarissimi viri sententiam et restringendam et emendandam esse persuasum habeo. Etenim id quod omnibus hominibus quamvis singulari ingenii vi excellant accidere solet, ut opinione aliqua capi se patiantur atque eo quidem vehementius, quo plures veritatis numeros illa habere appareat, Wolfio quoque accidisse mirum esse non potest, cum summe colendi viri sententia tantis et tam firmis praesidiis confirmata sit, ut, quae funditus tolli poterit nunquam, ea alteram aetatem videret intacta et incolumis.

Sed quaestionem, quam ad finem hic perducere non licet, nisi legitime circumscriptos hujus loci cancellos longe egrediar, ne instituere quidem satius est. Si quid vero in hac disputatione, quam nunc imperfectam in medio propono, tantum esse videbitur, ut persolvi eam cupias, libenter me hoc libello tanquam promisso teneri fateor, ut primo quoque tempore, quae de his rebus quas hoc loco vix attingere potui sentiam, enucleatius perscribam.

---



# Jahresbericht

von Michaelis 1840 bis Michaelis 1841.

## I. Allgemeine Lehrverfassung.

### 1. Prima.

Classenordinarius: Prorector Professor Heffter.

#### A. Sprachen.

1) Latein, 8 Stunden: Cicero de Offic. I. I. II. im Winter, Orator im Sommer, Corrector Seyffert, 4 St.; Correctur der wöchentlichen Scripta und monatlichen freien Arbeiten, 2 St., Corr. Seyffert. Horatius Dden zweites und drittes Buch, 2 St. Director.

2) Griechisch: 6 St.: Platon. dial. minor., Prof. Heffter, 2 St.; Uebungen im Uebersetzen aus dem Deutschen ins Griechische nach Ross's Anleitung, Derselbe, 1 St.; Hom. Ilias VII — XV. und Soph. Oedip. Tyr. der erste Theil, 3 St., Director.

3) Deutsch, 2 St.: Deutsche Literaturgeschichte, Prof. Heffter, 1 St.; Anleitung zu praktischen Uebungen im Deutschen Style, derselbe, 1 St.; Correctur der schriftlichen Aufsätze, 1 St.

4) Hebräisch. 2 St.: Grammatik nach Gesenius mit Exercitien; Wiederholung der historischen Abschnitte aus Gesenius' Lesebuche und Psalm 40 — 70., Subrector Ramdohr.

5) Französisch, 2 St.: Im Winter: Ray Blas von Victor Hugo; im Sommer: le verre d'eau von Scribe, mit Uebungen im Uebersetzen aus deutschen Classikern, Collaborator Döhler.

#### B. Wissenschaften.

1) Religionslehre, 2 St.: Nach dem Lehrbuch des christlichen Glaubens und Lebens von Dr. Phil. Marheineke. S. 133 — 188., Director.

2) Philosophische Propädeutik, 1 St.: Nach Trendelenburg Elementa logic. Aristot. S. 1 — 32., Director.

3) Mathematik, 4 St.: Im Winter Stereometrie. Im Sommer allgemeine Arithmetik 4. Abtheilung nach seinem Lehrbuch Band II., Prof. Dr. Müller.

4) Physik, 2 St.: Im Winter, mit Secunda combinirt, Statik und Mechanik fester Körper nach Fischer's mechanischer Naturlehre im Auszuge von August, Cap. I.

bis XII. Im Sommer getrennt: Hydrostatik, Hydraulik, Wellenbewegung nach demselben Lehrbuch Cap. XIII bis XXIII. Prof. Dr. Müller.

5) Geschichte, 3 St.: Geschichte des Mittelalters bis auf die Zeit Rudolph's von Habsburg, nach Schmid's Grundriß der Allgem. Weltgeschichte. — Wiederholung der Geographie der europäischen Staaten. Subrector Ramdohr.

### 2. Secunda.

Classenordinarius: Conrector Dr. Seyffert.

#### A. Sprachen.

1) Latein, 10 St.: Virgil. Aen. l. V — VI., Conr. Seyffert, 2 St.; Ciceron. Orat. p. leg. Manil. und p. Milone, derselbe, 3 St.; Livius l. XXI, c. 39 — 63., l. XXII, c. 1 — 14., im Winter Conr. Seyffert, dann cap. 15 — 40. statarisch, im Sommer Director Braut, 2 St.; Grammatik (Lehre der Tempora und Modi nach Zumpt), Extemporalien und Correctur der wöchentlichen Scripta, Conr. Seyffert, 3 St.

2) Griechisch, 6 St.: Hom. Odys. l. XIII — XV., im Winter Director Braut; im Sommer l. XVI — XVII., Cand. Färber, 2 St.; Xenoph. Memorab. l. I — III., Conrector, 3 St.; Grammatik nach Buttman §. 140 — 145. mit Extemporalien, im Winter, Repetition der Etymologie, im Sommer, Conrector, 1 St.

3) Deutsch 2 St.: Theorie, 1 St.; praktische Anleitung zu schriftlichen Aufsätzen, 1 St.; Correctur schriftlicher Aufsätze, Prof. Heffter.

4) Hebräisch, 2 St.: Nach Gesenius' Grammatik und Lesebuch, Prof. Heffter.

5) Französisch, 2 St.: Avare von Moliere und Bertrand et Raton von Scribe; Exercitien und Extemporalien, Collab. Döhler.

#### B. Wissenschaften.

1) Religionslehre, 2 St.: combinirt mit Prima.

2) Geschichte, 2 St.: Geschichte des Alterthums nach Schmid's Grundriß, im Winter Pror. Heffter; griechische Geschichte bis zu Ende des peloponnes. Kriegs, im Sommer Conrector.

3) Mathematik, 4 St.: Im Winter, ebene Geometrie nach Fischer's Lehrbuch; im Sommer, allgemeine Arithmetik 3. Lehrgang nach Band II. seines Lehrbuchs, Prof. Dr. Müller.

4) Physik, 2 St.: Im Winter combinirt mit Prima; im Sommer: Mechanik fester Körper, nach August, Prof. Dr. Müller.

### 3. Tertia.

Classenordinarius: Subrector Ramdohr.

#### A. Sprachen.

1) Latein, 9 St.: Ovid. Metam. lib. XII. und XIII., im Winter Oberlehrer Scherzer, im Sommer Musikdirector Täglichsbeck; Corn. Nepos vita P. Pomp.

At-



Attici und Ciceronische Chrestomathie von Friedemann pag. 1 — 70, 3 St.; Grammatik nach Zumpt, Repetition von Cap. 69 — 76. und Einübung von Cap. 76 — 83., mit Hülfe der Anleitung von August, 2 St.; Correctur der häuslichen Exercitien, 1 St., so wie der Extemporalien, 1 St., Subrector Ramdohr.

2) Griechisch, 6 St.: Homeri Odyss. lib. X, 280. lib. XI, 320., 2 St., im Winter Oberlehrer Scherzer, im Sommer Musikdirector Täglichbeck; Grammatik nach Buttman, Beendigung der Formenlehre mit Exercitien und Extemporalien, 2 St., Jacobs' 2. Cursus pag. 61 — 136., 2 St., im Winter Oberlehrer Scherzer, im Sommer Subrector Ramdohr.

3) Deutsch, 2 St.: Aufsätze, Deklamiren, Repetition der Grammatik, im Winter Subrector Ramdohr, im Sommer Musikdirector Täglichbeck.

4) Französisch, 2 St.: Lectüre von Florians: Guillaume Tell bis 3. 4. Exercitia und Extemporalien zur Einübung der Regeln über Subject. Adj. Pron. und der unregelm. Zeitw., Collab. Döhler.

### B. Wissenschaften.

1) Religionslehre, 2 St.: Marheineke's Lehrbuch 2. Artikel, Director.

2) Geschichte und Geographie, 2 St.: Geschichte der alten Welt nach Böttiger's Handbuch, in Verbindung mit der alten Geographie nach dem Weimarschen Atlas der alten Welt.

3) Mathematik: Im Winter, a, Arithmetik 1. Abtheilung nach eigenem Lehrbuche, 2 St.; b, Repetition und Uebungen in der ebenen Geometrie, 2 St. — Im Sommer, a, Ebene Geometrie nach Fischer's Lehrbuch, 3 St.; b, Repetition und Uebungen in der Arithmetik, 2 St. Prof. Dr. Müller.

4) Physik, 2 St.: Im Winter: Allgemeine Eigenschaften der Körper, Bewegung und Gleichgewicht fester tropfbarer und elastisch-flüssiger Körper, Akustik, nach Kries Lehrbuch der Naturlehre für Anfänger. — Im Sommer: Repetition des Winterpensums, dann Chemie. Prof. Dr. Müller.

### C. Technische Fertigkeiten.

Zeichnen, 2 St.: Freies Handzeichnen und architectonisch-geometrisches Zeichnen, Professor Dr Müller.

## 4. Quarta.

Classenordinarius: Oberlehrer Klingenstein.

### A. Sprachen.

1) Latein, 9 St.: Corn. Nep. Milt. XVII — XXIV. und Themist. I — VI., 4 St.; Einübung der Grammatik nach Zumpt Cap. 69 — 74. und Repetition der Formenlehre, mit Benutzung von D. Schul; Aufgaben, nebst Exercitien und Extemporalien, 5 St., Oberlehrer Klingenstein.

2) Griechisch, 4 St.: Einübung der Formenlehre nach Buttmanns Grammatik bis zu den Verbis liqu. incl., wobei aus Jacobs I. Cursus die dazu gehörigen Abschnitte I — IX. übersetzt wurden, Oberlehrer Klingenstein.

3) Deutsch, 2 St.: Grammatik nach Heyse's Leitfaden, Aussäße, Declamiren, Prof. Hefster.

4) Französisch, 2 St.: Grammatik nach Hirzel; Lectüre von ausgewählten Stücken aus Fränkel's Cours de Leçons, Prof. Hefster.

#### B. Wissenschaften.

1) Religion, 2 St.: Die fünf Hauptstücke des Lutherischen Katechismus, Lectüre der Bücher des N. Testaments, Memoriren der wichtigsten Bibelsprüche und Liederverse, Prof. Hefster.

2) Geschichte und Geographie, 2 St.: Deutsche Geschichte nebst Geographie nach Böttiger, Prof. Hefster.

3) Mathematik, 5 St.: a, Geometrie: Die 4 ersten Abschnitte im Fische'schen Lehrbuche, 2 St.; b, Mathematik: Einfache und zusammengesetzte Regeldectrie, Gesellschaftsrechnung, Kettenregel, Zinsrechnung, Alligationsrechnung, 3 St., Oberlehrer Klingenstein.

4) Naturgeschichte, 1 St.: Im Winter Mineralogie, im Sommer Botanik, nach Schubert's Lehrbuche, Prof. Hefster.

#### C. Technische Fertigkeiten.

1) Zeichnen, 2 St.: Vergl. Tertia, Prof. Dr. Müller, (mit Tertia, Secunda und Prima comb.)

2) Kalligraphie, 1 St.: Oberlehrer Klingenstein.

#### 5. Quinta.

Classenordinarius: Musikdir. Täglichsbeck.

#### A. Sprachen.

1) Latein, 8 St.: Uebersetzen aus Jacobs' Elementarbuch V. lib. 1 — 4.; Aesop. Fab. 1 — 48., 4 St.; Einübung der regelmäßigen und unregelmäßigen Formenlehre nach D. Schulz; Gramm. §. 1 — 64., und der nöthigsten Regeln der Syntax nach D. Schulz; Aufgaben §. 1 — XX. schriftlich und mündlich, 2 St.; Extemporalien und Exercitien (wöchentlich) mit genauer Correctur und Besprechung derselben, 2 St. — Wintersem. Musikdir. Täglichsbeck. — Sommersem. Collab. Döhler.

2) Deutsch, 4 St.: Sprachunterricht über die einfachen Sätze nach Krause, Theil 3., nebst orthographischen Uebungen, 3 St., Declamiren 1 St.; wöchentliche Correctur einer orthogr. Aufgabe und mitunter einer freieren Arbeit. — Musikdir. Täglichsbeck.

3. Französisch, 2 St.; Anfangsgründe nach Müller's franz. Lesebuch; Einübung



der 4 regelmäßigen Conguaisons und des Passiv. — Wintersem. Collab. Dehmel.  
— Sommersem. Collab. Döhler.

### B. Wissenschaften.

- 1) Religionslehre, 2 St.: Lektüre des A. und N. Testamentes; Auswendiglernen der zwei ersten Hauptstücke und biblischer Sprüche. — Musikdir. Täglichsbeck.
- 2) Geschichte, 1 St.: Alte Geschichte nach Bredow's Tabellen. — Wintersem. Collab. Dehmel. — Sommersem. Musikdir. Täglichsbeck.
- 3) Geographie, 2 St.: Europa, Asien, Afrika, Amerika, Australien. — Wintersem. Collab. Dehmel. — Sommersem. Musikdir. Täglichsbeck.
- 4) Rechnen, 4 St.: Rechnungen mit benannten Zahlen und die Brüche. — Wintersem. Musikdir. Täglichsbeck. — Sommersem. Oberlehrer Klingenstein.
- 5) Naturgeschichte, 2 St.: Nach von Schubert's Lehrbuch. — Musikdir. Täglichsbeck.

### C. Technische Uebungen.

- 1) Freies Handzeichnen, 2 St.: Wintersem. Prof. Müller. — Sommersem. Collab. Döhler.
- 2) Schönschreiben, 3 St.: Nach Mädler's Vorlegeblättern. — Musikdir. Täglichsbeck.

## 6. Sexta a.

Classenordinarius: Im Winter Collaborator Döhler,  
im Sommer Collaborator Dehmel.

### A. Sprachen.

- 1) Latein, 8 St.: Einübung der Formenlehre bis zu den regelm. Conjug. incl. nach D. Schulz; Grammatik; Uebungen im Uebersetzen aus dem Deutschen ins Lateinische nach desselben Uebungsaufgaben I — IV. und aus dem Lateinischen ins Deutsche nach Jacobs' Elementarbuch I Cursus; wöchentlich ein Exercitium und ein Extemporale zur Einübung der durchgenommenen Regeln. Im Winter Collab. Döhler, im Sommer Collab. Dehmel.
- 2) Deutsch, 4 St.: Lehre vom einfachen Satz und Einiges über den zusammengesetzten Satz mit Arbeiten, nach Krause I. und II. Abtheilung, 2 St.; Orthographie und Declamiren, 2 St. Im Winter Collab. Döhler, im Sommer Collab. Dehmel.
- 3) Französisch, 2 St.: Uebung im Lesen; Decliniren und Uebersetzen aus Seidenstückers Elementarbuch I. Abtheilung. Im Winter Collab. Döhler, im Sommer Collab. Dehmel.

### B. Wissenschaften.

- 1) Religionslehre, 2 St.: comb. mit Sexta b.; Biblische Gesch. des A. u. N. T.

nach Küster; Auswendiglernen von Liedern und Bibelversen. Im Winter Director Braut, im Sommer Collab. Dehmel.

2) Geschichte und Geographie, 3 St.: comb. mit Sexta b. Allgemeine Geographie mit besonderer Berücksichtigung Europas und einzelne Begebenheiten besonders aus der alten Geschichte, meist in Verbindung mit der Geographie; im Winter Subrector Ramdohr, im Sommer Schul-Amts-Cand. Färber.

3) Rechnen, 4 St.: Vier Species mit benannten Zahlen. Im Winter Oberlehrer Klingenstein, im Sommer Collab. Döhler.

4) Naturgeschichte, 2 St.: comb. mit Sexta b. Zoologie nach Schubert's Lehrbuch. Collab. Dehmel.

### C. Technische Fertigkeiten.

1) Schönschreiben, 3 St.: comb. mit Sexta b. Subrector Ramdohr.

2) Zeichnen, 2 St.: comb. mit Sexta b. Im Winter Collab. Döhler, im Sommer Collab. Dehmel.

## 7. Sexta b.

### A. Sprachen.

1) Latein, 4 St.: Leseübungen; die Anfangsgründe der Formenlehre bis zum Verbum sum. Im Winter Collab. Dehmel, im Sommer Sch.-A.-Cand. Färber.

2) Deutsch, 7 St.: Leseübungen, 2 St.; Orthographie, 2 St.; Anfangsgründe der deutschen Grammatik. Im Winter Collab. Dehmel, im Sommer Schul-Amts-Cand. Färber.

### B. Wissenschaften.

Rechnen, 4 St.: Numeriren; die 4 Species mit unbenannten Zahlen, verbunden mit Uebungen im Kopfrechnen. Collab. Dehmel.

Der Gesangunterricht wurde vom Musikdir. Täglichsbeck wöchentlich in 6 Stunden in 3 Abtheilungen ertheilt:

3. Abtheilung: Einstimmiger Gesang;

2. Abtheilung: Zweistimmiger Gesang;

1. Abtheilung: Vierstimmiger Gesang.

## II. Verordnungen der hohen Königl. Behörden.

### I. Circular-Verfügung des Königl. Schul-Collegiums vom 25. Januar 1841.

Die Beweglichkeit des Oster-Festes, von welchem bisher der Anfang des Sommer-Semesters bei den diesseitigen Universitäten abhängig war, hat eine fest bestimmte Dauer dieses Semesters unmöglich gemacht. Dasselbe wird überdies durch die vielen, namentlich



